INSTRVCTIO PRIMA

puerorum, à legendi peritia, tum in Grammaticæ, tum morũ præceptis, ut ſine præceptorẽ Herculeo ſudore, facili opera pueri, & literas, & mores honeſtos imbibãt, per Colloquia mutua.

AVTHORE HERMANO Schottennio Heſſo.

Londini apud VVinandũ de VVorde.
Anno. M. D. XXXIII.

OMNIBVS TRIVIALIVM SCHO-
larum moderatorib. siue ludimogistri, Her-
mannus Schottennius Hessus, S.P.D.

COmpertū & exploratū est uiri eruditiss. indiesq; & nosipsi periculū facimus, quantū laboris sit, elemētares puerulos à primis usq; rudimētis ad scientiæ & cōgrui sermonis cognitionē ꝑducere, quantūq; interim feramus & molestiæ & dissidij ac querelæ, hinc à nostræ ferulæ subditis puerulis, hinc à parentū nimio in filiolos amore. Tædet tyrunculos literarios ab infantia assuetos plateas emetiri, nucibus ludere, eqtare in arūdine longa, passimq; sequi coruos testaq; lutoq;, nunc quietos, & manibus insinuatis desidere, & operā nobis docentibus iuuare, aures arrigēdo ad nostra uerba. Tum & ferulæ sunt timidissimi (blanda consueti matrū ac nutricū educatione, quæ cantādo, blandiēdo & osculando ipsos hactenus aluerūt) qua si cæduntur, aut quem aliū cædi uident, ipsi deserentes commilitonem, ilico scholæ inuidēt timentes mox & ad se uentura eadē pericula, hoc Horatianū uerbum meditātes: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Actutum domum reuersi, conqueruntur præceptorū sæuitiam, sese, aut alium inique cæsum esse, mox bile intumescit blanda & nimis pia mater, maritū uel pueri patrem uerbis inflammans, incendens, & stimulans, ut filij ulciscatur innocentiam, & iniquam correctionem. Mox miser maritus sub uxorio uiuens imperio, coniugi ut placeat, in furias ruit, fitq; alter Orestes. Gladiatorio animo pædagogos nos adit, multisq; nobiscum expostulat de filij leuicula castigatione, imò de Asini ꝓspectu

& um-

& umbra. Aut (ut Plautinus ille ſenex inquit) ſi tu pædagoge adeas patrem de filio poſtulatū, puero ſic dicit pater: Noſter eſto, dū te defenſare poteris iniuria. Prouocatur pædagogus, ego ſenex minimi precij, ne attingas puerum iſtac cauſa, quando fecit ſtrenue. It magiſter quaſi lucerna expletus uncto linteo. En miſerrima conditio noſtra, eruditendi nobis cōmittuntur liberi, ſed non caſtigādi, ubi quid deliquerint. Cum tamen Comico teſte, licentia oēs fiamus deteriores, & ueteri prouerbio: Oportet ſæpe aſinū male parentem in rupes protrudere. Inſuper & interdum male audimus, quod pueri iuxta imperiti uſq; maneant, & ſine moribus. Attamen ut ingenue uerum fatear, ſæpiſſime ludi literarij nos moderatores, noſtra propria cedimus uineta. Inſtruendo tyrunculos nobiſipſis aprū immittimus liquidis fontibus, aut floribus auſtrum. Qui id contingat licet præciatis, operam aurium tamen paucis cōmodate. Aut nimium ſumus plagoſi & ipſo Orbilio ſeueriores, cum Quintilia, tamen iubeat cauendū à plagis, ſed laude uel alterius prælatione deſidem quēq; excitare. Cædere quoq; & torquere eſt lictorū, et pædagogorū diligenter docere et admonere. Tū et inſtruēdo ſæpe tepeſcimus, docemus admodū deſidioſe, aut qd pficiāt diſcipuli, nec qcq; pēſi habemus. Aut male ſani ſumus doctores, docētes aut abiecta, aut nimiū grauia, aut grāmaticos portatu oneroſos, taceo q diſcēdo ſūt difficillimi, et labyrintho ītricatiores. Vel caſus et tpa (neſcio q) multos fecerūt poſtremū dicere literis, nondū primoribus labijs deguſtatis, ut paſſim adhuc multi ſe militari cōquerantur

runtur se olī per casus & tpa pessime afflictos. Et merito quidē dolēt. Nihil em̄ aliud sunt casus & tpa illa (si Alcibiadis Silenū aperuerimus) q̄ casus et lapsus ingeniorum, & uanissima tpis dilapidatio. Discūt ipsa pueruli & sæpe ruminānt, sed psitaci more nō intellecta referūt. Iuxta imperiti manēt, ac illi macri, qui puluerē edere dicuntur. Quare meo cōsilio, sic nos habeamus in posterū, uiri eruditissimi, si discipulos cupimus parentibus placere, filiosq; doctos reddere. Suscipiamus sub ferulā ingenio aptos, scientiā amātes diligenter doceamus. Quid pficiant, uideamus indies, incitemus desides, carpamus inhonestos, nō nimiū cōniueamus in pigros aut uitiosos, neq; grauiores simus Areopagitis. Doceamus facilia quæq; & utilia, ac breuia, Horatiano præcepto: Quicq̄d præcipimus, simus breues, ut cito dicta Percipiāt animi dociles, teneantq;. Cædendo modū seruemus. Tradamus & scientiā, et mores probos. Ego hinc institutionē primā, tū in Grāmaticæ, tū morū rudimentis depinxi p colloquia nouo docēdi gñe, idq; feci tribus inductus causis. Imprimis ueterū morē docendi secutus, apud quos (ut de illustribus Grāmaticis inq̄t Suetonius) per diē scholastici nunc inuicem disputabant, a prandio occlusis chartis declamitabant. Deinde colloqui & cōfabulari magis pueros delectat, q̄ silere. Insuper et qui colloquia dum discunt uno in saltu duos capiunt apros, simul sorbillant & flant. Discendo se simul & exercent. Valete, & fideles agite, ac sitis ingeniorum informatores, non truculentissimi iugulatores. Coloniæ, 16. Calend. Septemb. 1527.

INGE-

INGENIOSO ET OPTIMAE STIR-
pis Iuueni Matthiæ Sterkenberch, Discipulo suo,
Hermannus Schottēnius Hessus S.D.P.

SOlebat quondā Matthia chariſsime, Plato ille Philoſophorū princeps, quicqd librorū in uſum ſtudioſorum ederet, ſuorū diſcipulorū noībus inſcribere, ut quæ eſſent ſub ſe diſectibus noīa, ea in libri ſui frōte præſeſe ferrent. Nimirū ideo, ꝙ uſq; adeo delectabatur ſuorū profectu, ut libros ſuo cōcinnatos ſudore, ipſorum noībus appellaret, tanq; ſolū in ſuorū frugē & uſū ſcripſiſſet, qd & de Ariſto. huius diſcipulo cōſtat. Platonē igitur imitaturus, libellos quos de literarū rudimentis in publicū ædo, lubens meis dedico diſcipulis. Anſam ipſis et calcar addere cupiēs, quo alacrius literas ſectentur, eo lībētius amplectentur, ꝙ aut ſuis, aut ipſorū cōmilitonū extent inſcripti noībus. Nūc tēporis, hūc de prima inſtructione Tyronū literariorum tibi nūcupatim aſſcribo, tuo addico noī, tu ipſum lubēs ſuſcipito et pluſtrato, ediſcasq; ſi quæ adhuc rudimenta ignoras: cogitaq;, turpius eſſe ignota negligere, q̄ addiſcere. Sin hæc ſcripta ſcieris, gaudeas te elemētarium iuuenū albū exceſſiſſe, nucesq; literarias (ut ita loquar) ſparſiſſe. Tendas igitur ꝓgredi nō cancri more aut teſtudinis, ſed Pegaſæo aut Euro uelocior. Remis uelisq; literas amplectere, cognitis non immorare plus æquo, ignota non trāſeas pedibus illotis, ſed ꝓgreſſurus, ſp tecum habita, an quæ trāſis, belle & digne didiceris, nō ſecus ac digitos tuos, aut nomē tuū. Diſcas congrue & latine loq, ne inter doctos ſis uel ſedeas, ac caput ſine lingua, ac elinguis eſſes ac lapis ſuper lapidem.

Cõgruus si fueris, loquẽdo nõ rideberis imo laudaberis, tũ & libere & audẽter tibi fari licebit. Nõ hic iuuenies casus et tpa, quæ nuper didiciſti (ſcis ubi) neſcio quãta cũ fruge, certe magno diſpendio tpis & laboris ſudore. Rudimenta Grãmaticæ hic reperies ſine oĩ ſcrupulo. Suſcipe igitur hoc munuſculũ à me tuo præceptore, tua cauſa in uſũ puerorũ conditũ. Fietq; olim (ſi uere auguror) qđ tibi à multis adhuc agentur gratiæ, & à ludi literarij præceptoribus, & à tyrũculis ipſis, qđ tua cauſa hic ad ipſos uenerit liber. Vale, ac diſcendo literas & uirtutem, ut cœpiſti, perge. Coloniæ ex edibus meis. 16. Calend. Septemb. Anno 1527.

Colloquium Primum.

Quid ſit diſcendum, ſermonẽ Latinũ cupienti conſequi.

Adrianus, Benedictus.

AMabo, doceas me quid Latinam linguam deſideranti ſit diſcendum. BE. Grammatica. A. Quid eſt Grammatica? B. Eſt ars quæ docet recte ſcribere & loqui. A. Recte ſcribere quid eſt? B. Eſt ſcribere latine, more eruditorum. A. Loqui recte quid eſt? B. Loqui ut aſſolent periti. A. Partes Grammaticæ quot ſunt, per quas recte loquimur & ſcribimus? BE. Quatuor, ſcilicet litera, ſyllaba, dictio, & oratio. A. Litera quid eſt? BE. Elementum quod ſcribitur, ut a, b, c. A. Latinæ litere quod ſunt? BE. Viginti duæ. A. Recenſe ipſas. BE. A, b, c, d, e, f, g, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, y, z. AD. H quare

omittis? B. Quia litera non est. A. Quid tũ est? B. Solum signũ ꝙ syllaba debet durius ꝓferri. A. K est ne litera? B. Est, sed nunq̃ scribitur ĩ dictiõibus latinis, sed ꝓ ipso scribitur c, nisi dictio græca scribatur elemẽtis latinis. A. Literæ latinæ quotuplices sũt? Duplices: uocales et cõsonãtes. A. Vocales quod sunt? B. Quinq̃, scz a, e, i, o, u. A. Cur sic dicuntur? B. Quia uocẽ, id est, syllabã faciũt solæ sine aliis literis. A. Consonãtes quot sunt? B. Omnes aliæ literæ. A. Quãobrẽ sic uocãtur? B. Eo ꝙ consonant id est, cũ aliqua uocali faciũt syllabas. A. Quotuplices sunt consonãtes? B. Duplices, scz mutæ & semiuocales. A. Mutæ quot sunt? B. Nouẽ, b, c, d, f, g, k, p, q, t. A. Cur ita appellãtur? B. Quia ꝓpriũ sonũ non habent, sed sonũ reddũt ac si uocali essent appositæ. A. Semiuocales quot sunt? B. Septem, scz, l, m, n, r, s, x, z. A. Quare sic nuncupãtur? B. Quia sonant tanq̃ ex uocalibus constarent, aut uocales præpositas haberent. A. Semiuocales quotuplices sunt? B. Duplices, scz liquidæ & duplæ. A. Liquidæ quot sunt? B. quatuor, scz l, m, n, r. A. Cur sunt sic dictæ? B. Nam positæ post mutã in dictiõe, syllabã præcedentẽ faciunt indifferenten, ꝙ põt aut longa aut breuis esse. A. Est dicẽdum tenebræ penul. ꝓducta aut cor? B. Vtroq̃ modo. A. quaræ? B. Quia post mutã b, ponitur r liquida: ergo syllaba ne est breuis aut longa. A. Duplæ quot sunt? B. Duæ, scz x & z. A. Cur sic uocatæ? A. Quia ponuntur ꝓ duabus literis, ut x ꝓ g & s, & z ꝓ duplici ss. A. Ostende qũo x ponatur pro g & s. B. Vt potest scribi pax per x, uel pags ꝓ gs, ꝙ idem tamen manet sonus.

A. Licet ergo pax ſcribi per gs, uel per x? B. Nō niſi p x: ſic nāq; docti ſcribūt. A. Indica qūo z p duplici ſſ ponitur. B. Poteſt ſcribi patriſſo uel patrizo. A. Eruditi aīūt qūo ſcribunt? B. Patrizo p z non duplici ſſ. A. Dighthongus q̄d eſt? B. Eſt coniunctio duarum uocaliū in una ſyllaba: aut uno ſpiritu prolata, ut au & eu. A. Quot ſunt diphthongi? B. Quatuor: ſcilicet, au & eu, æ, œ. A. Quomodo differūt? B. Duæ ſcribūtur & proferūtur, ſed non duæ aliæ. A. Quæ duæ ſcribuntur & p̄ferūtur aut legūtur? B. Au & eu, ut aula, eudemon. A. Qūo legūtur æ & œ? B. Tanq̄ e ſimplex, ut muſæ ſcribitur, ſed legitur muſe: fœnus ſcribitur, ſed legitur fenus.

Coll. 2. De ſyllabis, dictionibus, & orationibus.

Conrardus, Deſyderius.

SYllaba q̄d eſt? D. Eſt cōiunctio literarū, quæ uno ſpiritu profertur. C. Exemplo iſtud ipſū oſtende. D. Vt pa, ter: ſunt duæ ſyllabæ, & tamē quinq; literæ. C. De ſyllabis q̄d diſcere oportet? D. Duo. C. Quæ illa ſūt? D. Qūō ex literis cōiunctis ſit facienda ſyllaba uulgus ſyllabicare uocat. C. Secundo? D. Quæ ſyllaba p̄ducta, & quæ correpta. C. Producta quæ dicitur. D. Tarda & longa uoce quæ profertur. C. Correpta quæ eſt? D. Velociter & cito quæ exprimitur. C. Vnde diſcemus ſyllabarū quātitatē? D. Ex doctorū ſermone, & ſcriptis. C. Pueruli nos, ubi imbibemus eā? D. Vſu quotidiano, & poſtea è libris eruditorū. C. De dictionibus latinis q̄d eſt diſcēdū? D. Duo: q̄d ſignificent, & qūo p ipſas oporteat loqui latine. C. Significata uul-

vulgaria, ubi hauriemus? D. Ista præceptor nos docebit. C. De orationibus qd? D. An sint cõgruæ, uel incongruæ. C. Orationis congruæ quæ dicuntur? D. Quæ sunt cõpositæ secundũ regulas grãmaticas. C. Incõgruæ? D. In qbus grãmaticæ regulæ nõ sũt obseruatæ. C. Eas regulas qñ addiscemus? D. Postq̃ sciuerimus declinare & cõiugare. C. Expectabimus tantisper? D. Citius ipsas discere neqmus. C. Cur nõ? D. Quia declinationes & cõiugatiões sunt præscienda. Coll. 3. Quotuplices sint dictiones latinæ.

Erasmus & Fridericus.

DIctio latina qd est? F. Est uocabulũ quod aliqd significat in latino sermone. E. Dictiões latinæ q̃ uariæ sũt. F. Octuplices: scilicet, Nomen, pronomẽ, uerbũ, aduerbiũ, participiũ, coniũctio, præpositio, interiectio. E. Cõprehenditur oĩs dictio latina sub illis octo? F. Sic: nulla est dictio latina, quæ nõ sub ipsis octo eõprehendatur. E. Quõ cognoscitur, cuius partis orationis sit quælibet dictio? F. Faciliter. E. Pars orationis qd est? F. Est dictio quæ potest poni in oratione uel sermone. E. Nomẽ qũo agnoscitur? F. Cui in uulgari præponitur een, ut homo, een mensch. E. Verbũ q̃ dictio est? F. Cuius uulgari põt præponi, ego, tu, ille, sub diuersa uerbi terminatiõe, ut ego lego, tu legis, ille legit. E. Pronomẽ quæ est? F. Quæ est dictio una ex his 15. E. Ex qbus 15? F. Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic & is, meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras. E. Aduerbiũ quæ est? F. Quæ non declinatur neq; coniugatur, sed uerbo apposita significationem eius declarat. E. Participium

quæ? F. Quæ exit in ans, ens, tus, ſus, xus, rus, & dus, ac ab aliquo uerbo formatur. E. Cõiũctio quæ eſt? F. In Donato reperitur. E. Præpoſitio quæ? F. Ponitur à Donato apud præpoſitionẽ. E. Interiectio? F. Que ſignificat mentis effectũ, & nõ declinatur, neq; coniugatur: ut heu, uæ, hem, & prob. E. Interiectiones quot ſunt? F. Variæ, quia uarij ſunt animorũ affectus. E. Reperiã tũ in Donato, quæ dictio ſit aduerbium, coniunctio, præpoſitio, & interiectio? F. Firme oẽs ibidẽ inuenies, ipſum aſſidue perlege, & ediſce.

Coll. 4. De noĩe, qd ſit, quotuplex, & quot accidentia habeat.

Gereon, & Hermannus.

NOmen qd eſt? H. Pars orationis, cum caſu, corpus aut rem, ꝓprie, cõmuniter ue ſignificans. G. Significare cum caſu, qd eſt? H. Eſt eſſe alicuius caſus. G. Corpus ſignificare qd eſt? H. Et ſignificare rem groſſam quæ poteſt ſentiri, uideri, aut tangi. G. Rem ſignificare? H. Eſt ſignificare rem, quæ non percipitur uiſu, auditu, uel tactu. G. Exemplũ profer. H. Vt Deus, anima, angelus. G. Proprie ſignificare qd eſt? H. Eſt ſignificare rem uni ſoli conuenientẽ, ut Ioannes Petrus. G. Cõmuniter ſignificare? H. Eſt ſignificare rem multis conuenientẽ. G. Tale dic nomen. H. Menſa, lignum, homo, domus. G. Nomen quotuplex eſt? H. Duplex, ſcilicet declinabile & indeclinabile. G. Declinabile qd eſt? H. Quod declinatur per caſus & numeros. G. Indeclinabile? H. Quod per caſus & numeros nõ uariatur, ut nequã, & cornu in omni caſu dicitur. G. Secundo,

quo-

quotuplex est nomen? H. Duplex, scilicet primitiuū et diminutiuū. G. Primitiuū qđ appellas? H. A nullo alio qđ formatur & descendit, ut amicus, homo. G. Diminutiuū qđ est? H. Ab alio qđ nascitur, & significat minus q̄ ipsum primitiuū. G. Exemplū effare. H. Vt ab amicus amiculus, ab homo homūculus G. Tertio, quotuplex est nomen? H. Adiectiuū & substantiuū. G. Adiectiuū qđ est? H. Cui in uulgari præponitur een, & postponitur dinc, ut albus een wit dinc, uel qđ cōparatur. G. Substantiuū quod est? H. Cui in uulgari præponitur een, & non postponitur dinc. Vt homo een mensch, & non cōparatur. G. Nomini quot accidunt? H. Sex, scilicet Qualitas, cōparatio, genus, numerus, figura, casus. G. Quid hoc dictum est, Nomini accidunt sex? H. Id est, sex quæruntur de nomine, aut in hærent nomini.

Colloquium 5. De qualitate & comparatione.

Ioannes & Kilianus.

QValitas noīs quotuplex est? K. Duplex. sc3 propria & appellatiua. I. Propria quæ est? K. Q̄n nomē uni soli pſonæ cōuenit, ut Ioannes, Paulus, significāt unū hoīem. I. Appellatiuæ qualitatis qđ nomē est? K. Rebus multis qđ cōuenit, ut hō significat quēlibet hoīm quocūq; noīe uocetur. I. Cōparatio q̄ est? K. Est noīs secūdū significatū augmētatio uel diminutio, ultimā mutādo syllabā. I. Cōparatio qūo fieri solet? K. Per tres gradus, s. Positiuū, cōparatiuū, et suplatiuū. I. Positiuus gradus qđ est? K. Est adiectiuū nomē cuius significatū pōt augeri uel diminui. I. Exēplo ostēde. K. Vt albus albior albissimus, niger nigrior

niger-

nigerrimus. I. Cõparatiuus qd ẽ? K. Est adiectiuũ qđ plus uel minus significat q̃ positiuus, ut albior significat plus q̃ albus. I. Quæ est terminatio cõparatiui gradus? K. Or uel us. Or in masc. & fœmi. et us in neutro gñe. I. Superlatiuus qd est? K. Est adiectiuum qđ plus significat q̃ positiuus & cõparatiuus. I. Exemplũ eloquere. K. Vt doctissimus significat plus q̃ doctus & doctior. Io. Comparatio quotuplex est? K. Duplex, scilicet Regularis & irregularis. I. Regularis quæ est? K. Quãdo cõparatiuus et superlatiuus formãtur ab aliquo casu positiui. I. Tale dic adiectiuũ. K. Vt à doctus in gtõ docti fit doctior doctissimus. I. Irregularis quæ est? K. Dũ cõparatiuus & superlatiuus nõ formãtur ab aliquo casu positiui. I. Nomen aliquod tale ꝓfer. K. Vt magnus maior maxĩus, hic maior & maxĩus à nullo casu positiui formãtur. I. Magnus quomodo cõparatur? K. Sic Magnus maior maximms. I. Hæc adiectiua, Tenuis, Egregius, Strenuus quomodo comparantur? K. Cum aduerbio magis in cõparatiuo, & aduerbio maxime in superlatiuo. I. Cõpara Tenuis. K. In positiuo tenuis, in cõparatiuo magis tenuis, in superlatiuo maxime tenuis. I. Cõpara Egregius. K. In positiuo, Egregius magis egregius maxĩe egregius. I. Comparantur dictiones semp per hos tres gradus? K. Interdũ uno gradu carent, ut olim addiscemus. I. Comparãtur sola noĩa? K. Non, sed etiã aliqua aduerbia, participia, & præpositiones, sed pauca. I. Quæ aduerbia cõparãtur? K. Aduerbia quãtitatis & qualitatis que ueniũt a noĩbus, cõparãtur solũ in neutro genere, & in suplatiuo

exeũt

exeunt in e. I. Effare tale aduerbiũ. K. Parũ minus minꝫe. Pulchre pulchrius pulcherrime. I. Cõparãtur nulla aduerbia tpis? K. Vnũ tãtum ſcilicet diu, ut diu diutius diutiſſime. I. Quæ participia cõparãtur? K. Quæ exeunt in ans et in ens, ſed tũ fiũt noĩa, participia nõ manent. I. Præpoſitiones quæ cõparãtur? K. Perpauce que deſeruiunt accõ. Recenſe illas. K. Supra, infra, extra, añ, intra, poſt, citra. I. Cõpara ſupra. K. Supra ſuperior ſupremus, ſupra ſuperior ſuprema, ſupra ſuperius ſupremũ. Coll. VI.

De genere noĩm Ludolphus & Maurichus.

GEnus noĩm qd eſt? M. Eſt illud qd nomini in declinando præponitur, ut hic, hæc, hœc. L. Exẽplo indica. M. Vt hic magiſter, hæc mulier, hoc ſcamnũ. L. Genera noĩm quot ſunt? M. Quatuor, ſcilicet maſcu. fœ. neutrum & cõmune. L. Tamẽ eſt etiã genus omne, dubiũ, & epicœnũ. M. Illa tria gña continentur ſub his quatuor. L. Maſculinũ genus quod eſt? L. Eſt nomen cui in declinãdo præponitur hic, ut hic uir, hic puer. L. Fœmininũ qd eſt? M. Eſt nomen cui in declinãdo præponitur hæc, ut hæc penna, hæc uia. L. Neutrũ qd eſt? M. Cui præponitur hoc, ut hoc ſcãnũ. L. Cõe? M. Cui præponitur hic & hæc, ut hic et hæc ſacerdos, hic et hæc parẽs. L. Oẽ genus qd dicitur? M. Cui præponitur hic et hæc et hoc, ut hic & hæc et hoc felix. L. Epicœnũ genus qd eſt? M. Sub utroq; articulo qd ſignificat utrũq; ſexũ. L. Vtrũq; ſignificare ſexũ qd eſt? M. Eſt ſignificare marẽ & fœmellã de aliquo animali. L. Exemplum dic unũ aut alterũ. M. Vt hæc aquila, hic miluus, ibi aquila

ſignie

significat marẽ & fœmellam de genere aquilarũ. L. Dubium genus quod est? M. Quod potest declinari per hic uel hæc. L. Audiã exemplũ. M. Dies, ut dicitur in mtõ hic dies, uel hæc dies. L. Quõ cognoscitur, cuius generis sit quælibet dictio? M. Tribus modis. L. Primo? M. Per significationem uulgarẽ. L. Secundo? M. Per terminationem, id est ultimam syllabam. L. Tertio? M. Per authoritatem, id est per scripta, & dicta doctorum utrorum.

Colloquium Septimum.

De cognitione generis per significationem.

Nicolaus & Osualdus.

PEr significationem quomodo noscitur genus? O. Penes significatum uulgare. Ni. Nomina utrorum, Angelorum, & Deorum cuius generis? O. Masculini, ut hic Ioannes, hic Gabriel, hic Iupiter. N. Ventorũ nomina? O. Mas. ut hic Auster. N. Quorũ significatum conuenit solis uiris? O. Mas. ut hic Papa, hic Episcopus. N. Mulierum, urbiũ, & arborum noĩa cuius sunt? O. Fœminini, ut hæc Maria, hæc Colonia, hæc quercus. N. Quorum significatum conuenit solis mulieribus? O. Fœminini sunt, ut obstetrix, mater, uxor. N. Nomina Elementorũ, ut A, b, c? O. Sunt generis neutri, ut hoc a, hoc b. N. Quomodo dicã, scripsit unũ a, aut unã a? O. Vnum, non unã. N. Dictiones quarũ significatum conuenit uiro & mulieri, cuius gñis? O. Communis. N. Noĩa adiectiua quæ habent unam terminationem, ut felix? O. Oĩs sunt gñis. N. Sed dum habent terminationes tres, ut bonus bona bonũ, cuius gñis? O. Prima est masculi-

secunda fœminini, tertia neutri. N. Dū habent duas, ut hic & hæc fortis & hoc forte? O. Prima est gñis cōis, secunda neutri. N. Auiū noīa cuius generis? O. Generis epicœni. N. Nomina numeralia à tribus usq; ad centum? O. Sunt gñis oīs, & non declinantur, ut quatuor, quinq;, sex, septem, octo, nouē. N. Sed ante tria, ut unum & duo? O. Vnū est generis neutri, sed duo gñis mas. uel neutri, sed duæ est fœ. & pluralis numeri.

Coll. 8. De cognitione Gñis per terminationē.

Petrus & Quirinus.

PEr terminationē, quō genus cognoscitur? Q. Id est per ultimā terminationē, aut literā, aut syllabā. P. In a cuius generis? Qu. Fœminini, ut musa penna. P. Sunt oīa in a fœminini? Q. Non, sed plura excipiūtur, ut planeta, comeeta, poeta, lanista, quæ sunt mas. P. In e cuius sūt? Qu. Neutri, sin fuerint græca, ut Pentecoste, paraseue, erunt fœminini. P. In e solū pluralis numeri, ut feriæ, scalæ, scope, calendæ? Qu. Fœminina sunt. P. In i cuius generis sunt? Qu. Neutri, ut sinapi, gūmi. P. Si aūt sunt adiectiua? Qu. Sunt gñis oīs, ut frugi. P. In o? Qu. Mascu. ut ordo, margo, cardo. P. Caro cuius? Qu. Fœm. ut caro mea, nō meus. P. Indo & go? Qu. Fœminina, ut hæc albedo, hæc caligo. P. In c? Qu. Neutri, ut hoc lac, hoc halec. P. In u? Qu. Neutri, ut hoc cornu, hoc gelu. P. In al? Qu. Neutri, ut hoc animal. P. Sal cuius est? Qu. Est & neutri & mas. sed p condimento cibi est neutri. P. In el? Qu. Neutri, ut hoc mel, & fel. P. In il? Qu. Neutri, ut nil, nihil: & non declinantur.

P. Sed

P. Sed pugil & uigil? Q. Sūt gñis cōis. P. In ol? Q. Maſ. ut ſol. P. In ul? Q. Maſ. ut cōſul. P. Præſul & exul cuius gñis? Q. Cōis, hic et hæc præſul, hic & hæc exul. P. In en? Q. neutri, ut hoc nomē, hoc lumē. P. Pecten cuius gñis. Q. maſ. P. Syren? Q. fœ. P. Tibicē, tubicen, lyricen? Q. cōmunis. P. In in? Q. maſ. ut delphin. P. In on? Q. maſ. ut canō, dæmon. P. In or? Q. maſ. ut honor, labor. P. In os? Q. maſ. ut honos, labos. P. os or. s? Q. neutri, ut hoc os. P. os oſſis? Q. Etiā neutri. P. Bos, cōpos, impos, cuſtos, ſacerdos? Q. cōmunis.

Coll. 9. Rutgerus & Symon.

IN um cuius gñis? S. Neutri, ut hoc dānum. R. Mulierū & urbiū noīa in um cuius gñis? S. Fœminini, ut hæc Mediolanū, hæc Glyceriū. R. us oris dictiones in gtō habētes, cuius ſunt gñis? S. Neutri, ut hoc decus huius decoris. R. Habētes eris in gtō? S. Etiā neutri, ut hoc fœdus fœderis. R. Palus paludis? S. Fœmi. ut hæc palus. R. Monoſyllaba in us? S. Neutri, ut hoc rus, hoc crus. R. Pecus cuius gñis? S. Neutri, ſi in gtō habeat pecoris: ſed eſt fœ. ſi habet pecudis. R. In us utis? S. Fœ. ut ſeruitus ſeruitutis, hæc ſalus utis. R. In ur uris? S. Neutri, ut hoc ebur, hoc ſulphur. R. Fur & murmur? S. Fur cōmunis eſt, ſed murmur neutri. R. In ar? S. neutri, ut hoc nectar. R. In as? S. Fœminini, ut hæc bonitas, hæc caſtitas. R. In an? S. Maſ. ut hic pan & titan. R. In er? S. Maſ. ut pater, ſed non noīa. R. Lynter cuius eſt? S. Fœm. ut hæc lynter. R. In es dum creſcit gtūs? S. Maſ. ut trames tramitis, hic limes limitis, hic paries parietis. R. Dum gtūs non creſcit? S. Sunt fœminini, ut hæc

clades

clades cladis, hæc apes apis. R. In x? S. Fœminini, ſi hæ bẽt unã ſyllabã, ut lex nux nox uox. R. Sed ſi fuerint plurĩ ſyllabarũ? S. Maſculini, ut hic pollex, hic pulex, hic cimex? R. Coniunx cuius gñis? S. Cõmunis, quia ſignificat tam fœminam q̃ uirũ. R. Dux cuius eſt? S. Cõmunis. R. Noĩa in bs? S. Fœminini, ut hæc urbs, hæc plebs, ſed cœlebs eſt cõis. R. In ps? S. Fœminini, ut hæc daps. R. In ls? S. Maſculini, & eſt tantũ unũ, ſcilicet puls. R. In rs? S. Fœmini, ut hæc ars, hæc pars. R. In ns? S. Fœminini, ſed non oĩa. R. Dens, pons, fons, cuius ſunt? S. Maſ. ut hic dens, hic pons, hic fons. R. In aus? S. Fœ. ut hæc laus, fraus.

Collo. 10. De Figura, Numero, & Caſu.

Theodoricus, & Vdalricus.

FIguræ noĩm quot ſunt? V. Duæ, ſcilicet Simplex & Compoſita. T. Quod nomen eſt ſimplicis figuræ? V. Cuius ſyllabæ à ſe inuicem diuiſæ, nihil ſignificant. T. Exemplo demonſtra. V. Vt bonus, dum dicitur bo, & deinde poſt tempus, nus, perditur & perit ſignificatum. Th. Compoſitæ figuræ quod nomen eſt? V. Cuius ſyllabæ diuiſæ aliquid ſignificant. Th. Oſtende exemplo. V. Vt pater familias, hic pater eſt ſignificantium, & etiam familias. T. Numeri noĩm quot ſunt? V. Duo, ſcilicet Singularis & Pluralis. T. Singularis numeri quod nomen eſt? V. Quod rem unam ſignificat, ut pater. T. Pluralis numeri quod eſt? V. Quod plura ſignificat, ut patres. T. Caſus nominum quot ſunt? V. Sex: ſcilicet Ntũs, gtũs, dtũs, accũs, uocatiuus, ablatiuus. T. Quotuplices ſunt caſus? V. Duplices,

ſcilicet recti & obliqui. T. Recti qui ſunt? V. Duo ſcilicet ntūs & utūs. T. Quare dicūtur recti? V. Quia plerūq; habent rectam & ſimilem terminationē. T. Obliqui qui ſunt? V. Quatuor, ſcilicet genitiuus, datiuus, accuſatiuus, & abltūs. T. Cur ſic dicti ſunt? V. Quia habēt terminationes obliquas & diuerſas. T. Doceas me ut ſciā cuius caſus ſit quælibet dictio. V. Iſtud in declinando uaria noīa tpe & uſu addiſces. T. Tamen in multis ſcholis iuuenes diſcūt Caſualia & temporalia exiguo libello. V. Diſcunt quidem, ſed nihil proficiunt, q̄ q̄ tempus & laborem perdunt. T. Nō ſunt tum diſcenda caſualia, & temporalia? V. Ea non quæ tu æſtimas imbibēda. T. Quomodo tū caſus agnoſcere diſcam? V. Frequenter, & diligenter declinādo nomina diuerſa. T. Nequeo dignoſcere caſus, dum ignoro declinationes. V. Non. T. Caſuum differentia in teutonicum & uulgari ubi precipitur? V. Per articulos, ſcilicet huius, huic, hic, hunc, ab hoc &c.

Colloq. XI. De declinandi utilitate.

Xenophon & Yuo.

DEclinatio qd eſt? Y. Eſt mutatio dictionis p caſus, in ultima ſyllaba. X. Quomodo declinatio nominū fieri ſolet? Y. Per genus, duos numeros, & ſex caſus. X. Genus quid efficit in declinando? Y. Oſtendit quis articulus ſit præponendus. X. Iſtud apertius dic, ut intelligam. Y. Vt ſi dictio eſt generis maſculini, dicitur hic in ntō. X. Dū eſt fœminini generis? Y. Dicitur hæc, ut hæc tunica. X. Si eſt neutri? Y. Dicicitur hoc, ut hoc gaudiū. X. Nume-

rus quid efficit in declinando? Y. Oſtendit ſignificatū dictionū, an ſignificēt plura, an pauca. X. Caſus qđ proſūt? Y. Terminationē, id eſt, ultimā ſyllabā indicant. X. Caſus cur dicuntur? Y. Quia p ipſos cadunt dictiones, id eſt, uariantur per ultimā terminationem. X. Quā terminationem quiſq; habet caſus? Y. Iſtud ipſum Donatus in declinationibus quinq; oſtendit. X. Sed quē articulū præpoſitum? Y. Ipſum etiam Donatus docet. X. Accūs quē habet? Y. Hūc, hanc, hoc, hos, has, & hæc. X. Vtūs quē? Y. Semper o. X. Abltūs? Y. Ab hoc, ab hac, ab his. X. Ntūs? Y. Hic, hæc, uel hoc. X. Ad qđ prodeſt declinatio? Y. Ad cognoſcendum & diſcendū caſus dictionū. K. Eſt ne ideo dicēda declinatio? Y. Eſt, qa illis ignotis nemo recte loq̄tur latine. X. Declinatiōes noīm quot ſunt? Y. Quinq;, ſcilicet Prima ſecunda, tertia, quarta, quinta. X. Quō differūt? Y. Penes diuerſas terminationes caſuū. X. Qui hoc? Y. Quia caſus ſecus exeunt in una declinatione q̄ in alia. X. Hnt tū nunq̄ caſus ſimiles? Y. Interdum aliquos, ut aſſidue declinando addiſces.

Coll. XII. De regulis preſciendis ante declinatones.

Zerus & Amphyon fratres.

QVomodo eum inſtructum eſſe, oportet, qui declinandi artem & uſum addiſcere exopta? AM. Illum præſcire neceſſe eſt, cuius generis & declinationis ſit dictio declinanda. ZE. Nihil præter iſta duo eſt præſciendum? A. Etiam ſeptem regulæ ſequentes. ZE. Prima quæ eſt? A. Nomina neutri generis cuiuſcūq; declinationis,

habent tres ſimiles caſus in utroq; numero. Z. Quos caſus hūt ſimiles, uel ſub eadem terminatione? A. Ntūm, accūm, utūm. Z. Ille tres caſus qūo exeunt in plurali dū dictio eſt neutri gūis? A. Semper in a. Z. Secunda regula quæ eſt? A. Noīa primæ, ſecundæ & quartæ declinationū, habent tot ſyllabas in gtō, quot in ntō. Z. Oīa ne? A. Præter uir & puer, nam in gtō habent uiri & pueri. Z. Creſcunt ne in gtō noīa tertiæ declinationis & quintæ? A. Sic, ut poema huius poematis, fides huius fidei. Z. Tertiam profer regulā. A. Dum gtūis creſcit in ſyllabis, etiā & cæteri obliqui creſcunt. Z. Quarta regula. A. Hæc noīa Adam, Abraham, Iacob, Ioſeph, latine non declinantur, niſi in us latinū deſināt. Z. In us qūo deſinere ſolent? A. Dicendo Adamus, Abrahamus, Iacobus, Ioſephus, Iſaacus. Z. Declinātur tū ut noīa ſecūdæ declinationis? A. Quid ni? Z. Regula quinta. A. Nomina quæ declinātur ultimā literā habēt, a, e, i, o, u, l, m, n, r, s, t, x, & c. Z. Sexta? A. Oīa noīa compoſita declinātur ut ſua ſimplicia noīa, unde deſcendūt. Z. Oſtē de iſtud exemplo aliquo. A. Vt à caput ueniunt biceps & triceps, & declinantur ut caput. Z. Septima regula. A. In omni declinatione ferme aliq caſus ſunt ſimiles id eſt eiuſdē terminationis. Z. Quot ſunt caſus iſti? A. Ntūs et utūs utriusq; numeri. Z. Nulli alij? A. Etiā dtūs & ablatiuus.

Colloquiū. 13. De declinatione Prima.

Bernardus & Claudius.

PRima declinatio quot literas terminales habet? Clau. Duas ſcilicet a & s. B. Litera terminalis quid eſt? C.

Eſt

Est ultima litera in fine dictionis. B. Quid istud dictū est, prima declinatio habet duas literas terminales? C. Id est, Omne nomē primæ declinatiōis finitur aut in a, aut in s. B. Quot terminationes, id est ultimas syllabas habet hæc declinatio? C. Tres, scilicet A, as, & es. B. Non satis intelligo. C. Id est, Omne nomē primæ declinationis, habet ultimam syllabā, a, as, uel es. B. Quō cognoscā qđ nomen sit primæ declinationis? C. In genitiuo & dtō si desinit in æ. B. Illud quomodo scia? C. Disces tēpore, & declinandi exercitio. B. Primæ declinationis nomen qui declinabo? C. Vt musa in Donato. B. Declina tunica. C. Ntō hæc tunica, gtō huius tunicæ, &c. B. In plurali. C. Ntō hæ tunicæ, harū tunicarū, his tunicis, &c. B. Declinatur eo modo omne nomē in a huius ordinis? C. Vtiq;. B. Sed nomina in as ut Aeneas & Andreas? C. In accusatiuo habēt am uel an, & in plurali carent, quia sunt nomina propria significantia rem uel personam unam. B. In es, ut Anchises? C. In accusatiuo habet en, in uocatiuo & ablatiuo e, & in plurali caret. B. In plurali numero, quomodo habent noīa propria in as & in es? C. Carent, quia solum conueniunt uni rei uel personæ. B. Quare carent? C. Quia non significant plures uiros, sed solum unum. B. In Datiuo & in ablatiuo pluralibus quomodo in a habent? C. Is, exceptis decem. B. Quæ illa sunt decem? C. Asina, equa, mula, dea, anima, liberta, nata, filia, famula, ambæ & duæ.

Colloquium 14. De declinatione Secunda.

Damianus & Ericius.

DEclinatio Secunda quot literas terminales habet? E. Tres, ſcilicet r, s, m. D. Quot terminationes? E. Sex, ſcilicet er, ir, ur, us, eus, um. Da. Huius ordinis nomina quomodo agnoſcuntur? E. Dum in genitiuo habent i, & dtō o. D. Quomodo declinantur? E. Interdū ut magiſter in Donato, quandoq; ut ſcamnum. D. Quando ſecundum magiſter, & quando ſecundum ſcamnū? E. Nunq; ut ſcā num, niſi terminetur in um. D. Eſt etiam hæc declinatio difficilis? E. Non, niſi in uocatiuo ſingulari. D. Cur uocatiuus ſolus eſt difficilis? E. Quia is quandoq; eſt ſimilis ntō, quandoq; non. D. In quibus dictionibus ſunt ſimiles? E. In nominibus in er, ir, ur, & um: nā faber, uir, ſatur, gaudium dicitur in ntō & uocatiuo. D. Sed dum nominatiuus habet us? E. Exit in e, ut dominus ō domine. Dum finitur in ius? E. Vocatiuus exibit in i, ut filius o fili. DA. Nunquàm ne nominatiuus in us habet uocatiuum ſimilem? E. In paucis nominibus, ut ſunt populus, fluuius, deus, agnus, & uulgus, in ntō & uocatiuo. D. In us nomina, quæ ſignificant rem non uiuentem, quomodo efficiunt uocatiuum? E. Carent ipſo, ut pomus, pirus, ſomnus, iocus. Da. Etiam ne adiectiua nomina? E. Non, ſed iſta uocatiuum in e reddunt, ut magnus o magne. Da. In eus nomina? E. Faciunt uocatiuum in eu, ut Tydeus, o Tydeu. Da. Declina Orpheus. ER. Nominatiuo hic Orpheus, orphi, orpheo, orpheum, uel Orphea, o orpheu, ab hoc orpheo. Da. In plurali? E. Carent quia eſt proprium nomen uiri, quod carere ſolet plurali. Dami. Da in um nomen, quomodo inflectitur?

ERI.

ERI. Integrè, ut ſcamnum in Donato.

Colloquium decimumquintum
De declinatione tertia.
Ferdinandus & georgius.

TErtia declinatio quot literas terminales habet? Ge. Decem: ſcilicet, a, e, o, c, l, n, r, s, t, x. F. Quot terminationes? G. Septuaginta octo, inquit Donatus. F. Huius ordinis nomina qui agnoſcentur? G. In genitiuo ſi habent is, & dtō i. F. Quomodo declinantur? G. Interdum ut in Donato ſacerdos, qñq; ut felix. F. Doceas me quando ut ſacerdos, & quando ſecundum felix. Ge. Dum eſt generis omnis, declinatur ut felix, alias nunq̄. F. Eſt etiam difficultas aliqua in hac declinatione? G. Vtiq; in quatuor caſibus eſt difficillima. F. Primus quis eſt? G. Gtūs ſingularis, cuius penultima ſyllaba eſt uaria. F. Pœnultimā ſyllabā quid uocas? G. Eam quæ ponitur ante ultimam. F. Secunda difficultas? G. Accuſatiuus ſingularis qñq; habet em, qñq; im. F. Em quando habet, & quando im? G. Nunq̄ im niſi in quibuſdam nominibus in is. F. Tertius quis eſt ſcrupulus? G. Ablatiuus ſingularis quandoq; habet i & e ſimul, quandoq; i tantum. F. Quartus caſus quis eſt? G. Genitiuus pluralis exit uel in um uel in ium. F. Vbi diſcemus iſtas quatuor difficultates? G. Aſſiduo declinandi uſu, & exercitio. F. Exerces te etiam plurimum declinando? G. Indies permulta & uaria declino nomina. F. Prodeſt illud? Ge. Quid ni? ſic tandem congruus loquendo efficior.

Colloq. 16. De declinotione quarta.

Henricus & Iulius.

QVarta declinatio quot literas terminales habet? I. Duas, ſcilicet u & s. H. Quot terminationes? I. Etiã duas, ſcilicet us & ui. H. Declinationis huius noïa qũo agnoſcũtur? I. In gtõ ſi habent us, & dtõ ui. H. Quõ declinantur? I. Vt in Donato fructus. H. Nomina in u qũo inflectuntur? I. In ſingulari in omni caſu habent u. H. Oſtende illud declinando hoc nomen cornu. I. Ntõ hoc cornu, huius cornu, huic cornu, hoc cornu, o cornu, ab hoc cornu. H. In plurali. I. Ntõ hæc cornua, horum cornuum, his cornibus, hæc cornua, o cornua, ab his cornibus. H. Declinantur ſic etiam gelu & ueru? I. Gelu caret numero plurali, ſed ueru declinatur eo modo. H. Eſt etiã aliquis ſcrupulus in hac declinatione? I. Eſt, & quidem duplex. H. Primus quis eſt? I. Noïa in u in ſingulari non declinantur? H. Secundus? I. Noïa in u ſingulari, in plurali ntõ & accõ & uocatiuo habent ſemper a. H. In us noïa declinantur ne ſemper & in omni caſu, ut fructus à Donato? I. Aliqua in datiuo & ablatiuo pluralibus habent ubus, non ibus, ut ueru uerubus, quercus quercubus, artus artubus. H. Declina manus. I. Ntõ hæc manus, huius manus, huic manui, hanc manũ, o manus, ab hac manu. H. In plurali. I. Ntõ hæ manus, harum manuum, his manibus, has manus, o manus, ab his manibus.

Colloq. 17. De declinatione quinta.

Karolus & Lodouicus.

Decli-

Declinatio quinta quot literas habet? L. Vnam, ſcilicet s. K. Quot terminationes? L. Etiã una, ſcilicet ei. K. Declinationis huius noĩa qui diſcernũtur? L. In gtõ & dtõ ſi habent ei per diuiſas ſyllabas. K. Quomodo declinantur? L. Vt apud Donatũ ſpecies. K. Declina dies ut ſpecies. L. Ntõ hic uel hæc dies, huius diei, huic diei, hunc uel hanc diẽ, o dies, ab hoc uel ab hac die. K. In plurali? L. Ntõ hi non hæ dies, horũ non harũ dierum his diebus, hos non has dies, o dies, ab his diebus. K. Declinãtur huius ordinis noĩa ſemp ut ſpecies? L. Sic ego à præceptore inſtructus ſum. K. Nullus hic eſt ſcrupulus? L. Vnus. K. Quis ille? L. Aliqua noĩa in plĩ carent gtõ, dtõ, & abltõ. K. Dic quæ ſint. L. Fides, rabies, ſanies, pernities, caries, ſpes. K. Non dicitur fidierũ, ſcabierũ, ſperum, rabierũ? L. Non. K. Neq; fidiebus, ſpebus, & rabiebus? L. Nequaq;. K. Eſt hic totus modus declinandi noĩa? L. Eſt, adhuc tamen & alius reſtat, dũ noĩa non declinãtur per utriũq; numerũ, uel per oẽs ſex caſus. K. Erudias me, qũo declinando promptus euadam. L. Quotidie uarias & multas dictiones declinare cõſueſcas. K. Commodabit iſtud? L. Eo pacto multi in latino ſermone perfecti euaſerunt.

Coll. 18. De declinatione nominũ compoſitorũ.

Martinus & Nicodemus.

Nomina quot modis cõponuntur? N. Quatuor uicibus. M. Primo. N. Ex duobus integris, ut reſpublica. M. Secundo. N. Ex duobus corruptis, ut efficas, municeps. M. Tertio. N. Ex integro & corrupto,

ut ineptus, insulsus. M. Quarto. N. Ex corrupto & integro, ut nugigerulus. M. Integrum qd hic significat? N. Dictionē quæ aliqd significat. M. Corruptū qd appellas? N. Quod nō est significatiuū. M. Quoties componuntur noīa ex duobus integris? N. Tribus modis. M. Primo. N. Ex duobus rectis, id est, nominatiuis ut respublica. M. Sūt in illa dictione duo nominatiui? N. Sunt, scilicet res & publica. M. Quō declinatur nomē compositū ex duobus rectis? N. Vterq; uariatur ntīs, tanq̄ solus declinaretur. M. Declina respublica. N. Ntō hæc respublica, huius reipublicæ, huic reipublicæ, hanc rempublicā, o respublica, ab hac republica. M. In plurali? N. Ntō hæ respublicæ, harū rerū publicarū, his rebus publicis, has respublicas. M. Secundo qūo componūtur? N. Ex recto & obliquo. M. Tale nomen qūo inflectitur? N. Gtūs semper manet idem, sed ntūs uariatur, tanq̄ non esset iunctus gtō. M. Declina iurisperitus. N. Ntō hic iurisperitus, huius iurisperiti, huic iurisperito, hūc iurisperitum, o iurisperite, ab hoc iurisperito. M. In plurali? N. Hi iurisperiti, horū iurisperitorum, his iurisperitis, hos iurisperitos, o iurisperiti, ab his iurisperitis. M. Tertio qūo cōponūtur ex duobus corruptis? N. Ex duobus obliquis, id est, alijs casibus q̄ nominatiuis, ut huiusmodi & eiusmodi ex duobus gtīs. M. Inflectuntur etiā illa? N. Nō, sed sunt indeclinabilia, possuntq; apponi alijs dictionibus in utroq; nūero, in oī calu sub una terminatione.

Colloquium decimumnonum.

De declinatione nominum heteroclitorum.

Otma

Otmarus & Paulus.

HEteroclita noīa quæ dicuntur? P. Quæ longe aliter declinātur ī pl̄i q̄ in singulari. O. Quotuplicia sūt? P. Triplicia. O. Primo? P. Quædā in pl̄i mutāt genus. O. Secūdo? P. Aliqua ī plurali mutāt declinationē. O. Tertio? P. Nōnulla uariāt & genus & declinationē. O. Dic aliqua quæ in plurali mutāt declinationē. P. Vas uasis in singulari est tertiæ declinatiōis, in plurali aūt secūdæ, declinaturq; in plurali ut scamnū. O. Profer nomē qđ genus mutat. P. Cœlū in singulari est neutrū, in plurari aūt masculinū, ut cœli cœlorū non cœla cœlorū. O. Effer alia noīa etiā genus mutātia. P. Tartarus, infernus, auernus in singulari sunt masculina, in plurali neutra, ut tartara, inferna. O. Tertio quæ mutāt genus in plurali? P. Fœminina aliqua in us, ut intybus, pergamus, & arbutus. O. In plurali qūo exeūt? P. In a, & fiunt neutra. O. Suppellex cuius gn̄is? P. In singulari est fœminini & tertiæ decli. in plurali exit in a, & est gn̄is neutri, decli. tertiæ. O. Quæ heteroclita mutāt genus et declinationē? P. Duplicia. O. Primo? P. Aliqua in singulari fœīa sunt, in plurali fiūt neutra, ut pascua et zizania, ī singulari sunt primæ decli. sed plurali secūdæ. O. Secūdo. P. Aliqua ī singl̄i neutra & secūdæ decli. in plurali fiūt fœīa & primi ordinis. O. Quæ illa sunt? P. Epulū & delicium in plurali hn̄t epulæ, deliciæ. O. Balneū in plurali? P. Balnea balneorū in secunda, aut balneæ arū in prima decli.

Coll. XX. De nominibus carētibus numero plurali.

Castor & Pollux.

Reperi-

REperiuntur etiã ne noĩa, quæ ſolum in ſingulari declinãtur? P. Infinita ferme ſunt. C. Amabo recenſe nonnulla. P. Primo noĩa ꝓpria hoĩm, ut Ioannes, Petrus, Anna, Maria. C. Quæ plura? P. Aliqua noĩa appellatiua, quæ ſunt uel maſculini, uel fœminini gñis, uel neutri. C. Dic quæ ſint. P. Aer, æther, carcer, fumus, fimus, limus, mũdus, muſcus, penus, pontus, genuinus, ſanguis, uiſcus, puluis, ſal, ſol, genius, ros, herebus, ſopor, ſomnus, ueſper, Halo ſignificans circulum uarij coloris iuxta ſolẽ. C. Quæ ſunt fœminina & carẽt plurali? P. Arena, aluus, amicitia, amẽtia, caries, cõtagio, culpa, dementia, eloquẽtia, fama, fides, fuga, gaza, gꝛia, humus, inſania, iuuẽtus, iuucta, inqes, reqes, labes, lux, mors, memoria, pax, pauptas, philoſophia, ꝓſapia, penus, pnicies, pubes, plebs, rabies, ſanies, ſalus, ſapiẽtia, ſcabies, ſpes, ſocordia, ſenecta, ſenectus, tellus, talio, uita Itẽ noĩa uirtutũ, ut Iuſticia, prudẽtia, tẽperantia, liberalitas, fortitudo, taciturnitas, clementia. Itẽ noĩa uitiorũ, ut ira, bilis, cholera, imprudẽtia, iniuſticia, auaritia, luxuria ſupbia &c. Et græca in e, ut calliope, poetice, grãmatice, dialectice. C. Enumera illa quæ ſunt neutri gñis, & carẽt pꝛi. P. Albũ pro tabula, in qua noĩa Senatorũ apud Romanos ſcribebãtur. Appiũ, baratrũ, butyrũ, cœnũ, cordũ, æuũ, fas, fel, garũ, gelu, halec, yſopũ, iecur, lac pro liquore, ſed pro inteſtinis habet in plurali lactes, lactibus, lethum ꝓ morte, moretũ, macellũ, mãna, nefas, nihilũ dũ declinatur, nectar, paſcha, pedum, uulgus, pelagus, ſalum, ſpecimen, ſtratum, ſenium, uer, uirus, uitrũ. Itẽ noĩa quæ ad mẽſurã referũtur,

ut

ũt ſunt noĩa frumentorũ, Vinum, oleũ, lens, in genitiuo lẽtis, far, piſum, cicer, ordeũ, mulſum, mel, acetum, ador. Et quorũ res ponderantur, ut piper, crocũ, zinziber. Et noĩa metallorũ, ut aurũ, argentũ, plumbum.

De nominibus carentibus numero ſingulari.

C. Extant etiam noĩa, quæ ſolũ in plũi numero declinantur non ſingulari? P. Quid ni? complura. C. At cuius gñis ſũt? P. Vel maſculini, fœminini, uel neutri. C. Quot ſunt noĩa maſculina, quæ carent numero ſingulari. P. Per multa. C. Age exprime ipſa. C. Antes, cani, cancelli, carceres ꝑ metã unde equi incipiũt curſum in certamine, caſſes pro retibus, ephymerides, faſces ꝑ magiſtratu, ſori, faſti, gabij, liberi, lemures, maiores, manes, nepotes, natales, poſteri, ꝓceres, primates, primores, optimates, inferi, ſuperi, penates, ꝙrites ſentes, uepres. C. Eloquere fœminĩa carẽtia nũero ſingulari. P. Athenæ thebæ, amiclæ, ambages, baiæ, bigæ, blãditiæ exuiæ, ceremonie, grates, copiæ, cunæ, cautes, clitellæ, decretales, diræ, diuitiæ, exequiæ, excubiæ, feriæ, phaleræ, facetiæ, fores, genæ, idus, illecebræ, inducĩæ, nundinæ, inferiæ, inſidiæ, calendæ, lactes, latebræ, literæ, minæ, minutiæ, manubiæ, nonæ, nugæ, primitiæ, quiſquiliæ, reliquiæ, ſcalæ, fores, ſcopæ, ſuppetiæ, tenebræ, tricæ, trigæ, thermæ. C. Enumera ea quæ neutra ſunt, tantum numeri pluralis. P. Arma, ancilia, bucolica, cellaria, ceraunia, cunabula, cibaria, claſſica, crepũdia, chronica, exta, georgica, genitalia, gargara, ilia, tuſta, inteſtina, mœnia, magalia, mapalia, mellaria, mumia, oſtrea, orgia, oſtia, palearia, parentalia, præcordia, roſtra

ſigni-

significans loca unde concionatur, feria, sponsalia, tempe, tesqua, uiuaria, uiscera. P. Sunt ne plura? C. Insuper & noĩa festorũ, ut Bacchanalia, Saturnalia, Vulcanalia, Palilia, Quinquatria. P. Nulla alia? C. Præterea oĩa noĩa numeralia à tribus usq; ad centũ, sunt pluralis numeri, ac declinabilia: sed duo & tres declinãtur in triplici genere. In masculino Duo, duorũ, duobus, duos, o duo, à duobus, Tres, triũ, tribus, tres, o tres, à tribus.

Colloquium XXI.

De defectiuis casuum. Vergilius & Statius.

DEclinantur nomina semper in sex casibus? Sta. Non, sed multa quibusdam casibus carent. V. Si te non taeduerit, illa ipsa enumerabimus inuicẽ. S. Perplacet mihi, tu incipe ac interroga, ipse respondebo. V. Ales quomodo declinatur? Sta. In nominatiuo & uocatiuo habet ales, alijs casibus caret. V. Adeps? S. Tantum caret genitiuo plurali. V. Astus declinationis quartæ? Sta. Caret plurali numero, nisi in nominatiuo habet astus. V. Crux? S. Genitiuo plurali deficit. V. Ditio? Sta.. Solum habet ditio, ditionem & ditione, non plures casus. V. Dolus? S. Caret genitiuo plurali, nam dolorum est genitiuus à dolor. V. Expes? S. Habet solum nominatiuum & uocatiuum. V. Fors? S. Dicitur tantum fors, & ab hac forte, non plus. V. Fœmine? S. Est unicus ablatiuus singularis, in plurali habet fœmina, fœminibus, genitiuo caret. V. Frugi? S. Adiectiuum est significans idem quod utilis utile, est generis omnis, & indeclinabile. Est & substantiuum nomen datiui casus, in accusatiue

tiuo habet frugem, & in ablatiuo ab hac fruge: in plurali declinatur integre. V. Ganeo? S. Est ntūs & uocatiuus, alijs caret. V. Inficias? S. Est accusatiuus tantum pluralis. V. Iussu & ꝑmissu? S. Sunt soli ablatiui singulares. V. Lues? S. In accusatiuo habet luē, in abltō lue, nō plures casus. V. Later? S. Pro lapide habet laterē latere, non plures casus, & in plurali gtō caret: nā nō dicitur laterū quia est genitiuus à latus lateris. V. Mactus? S. Est ntūs & macte utūs: in plurali mactı, & nō plus. V. Nex? S. Nō dicitur: sed necis, neci, necē, nece: alijs caret, licet aliquādo dicatur neces. V. Opis? S. Gtūs est, habet hanc opem, ab hac ope: in plurali est integrum. V. Precis? S. Gtūs est, habēs hanc precem, & ab hac prece: in plurali per oēs flectitur casus. V. Plus? S. Tantū ntūs & utūs, in gtō habet pluris, & in genere neutro in plurali declinatur sex casibus. V. Redux? S. Non dicitur, sed reducis, reduci, reducem, à reduce, caret ntō & utō: in plurali tantum dicitur reduces. V. Spontis? S. Gtūs est, & ablatiuus sponte: plures casus non habet. V. Suppetiæ? S. Ntūs est pluralis, & suppetias accūs, alijs caret. V. Tabi? S. Genitiuus est, huic tabo, & ab hoc tabo, non plures. V. Tantundem? S. Ntūs & accusatiuus, huius tantidem, non ultra progreditur. V. Verberis? S. Gtūs est, huic uerberi, ab hoc uerbere: in plurali est integrum, uerbera, uerberibus, uerberum. Ver. Vicis? S. Genitiuus est, hanc uicem, & ab uice: in plurali solo genitiuo deficit, quia habet uices & uicibus. V. Veru? Sta. Genitiuo plurali caret solum, quia dicitur uerua, uerubus, non uerum.

V. Vi-

V. Viſcera? S. Ablatiuus tantū eſt ſingularis, in plurali eſt perfectum, uiſcera, uiſcerū, uiſceribus. V. Vis? S. Eſt nominatiuus: habet huius uis, hāc uim, ab hac ui: in plurali eſt integrū, uires uirium uiribus. V. Hæc noīa, æs, far, forū, ius, mare, merū, mel, mulſum, ordeū, os oris, rus, ſoboles, thus uinū, ſolum, thymū, altum, balſamū, iecuſculum, declinantur nep oēs caſus? S. Non, ſed in plurali carentibus caſibus gtō, dtō, & abltō. V. Sunt ne aliquæ dictiones, quæ tantum carent uocatiuo? S. Sunt utiq; non paucæ. V. Age dic quæ ſint. S. Oīa noīa in us ſecundi ordinis, & ſubſtantiua ſignificantia res non uiuētes, ut ſunt ſomnus, ludus, populus p arbore, oculus, pyrus, pomus, ceraſus, prunus &c. Oīa pronomina, præter quatuor: tu meus, noſter, & noſtras. Nomina inſtar pronominū declinata, ut ullus, alter, uter, neuter, quæ in genitiuo habent ius, & datiuo i, exceptis tribus, quæ uocatiuum habent, ut unus o une, ſolus o ſole, totus o tote. Oīa diſtributiua noīa, ut oīs, quilibet, quicūq;. Hæc relatiua talis, qualis, qui, quæ, quod, & tantus, Item interrogatiua, ut quis, qualis, quantus. Et hæ dictiones, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, utō carent plī.

Colloq. 22. De Pronomine, quid ſit, & quotuplex, & quot ei accidant.

Quirinus & Romanus.

PRonomen quid eſt? R. Pars orationis, quæ pro nomine poſita, tantundem pene ſignificat. Qu. Officium pronominis qđ eſt? R. Poni in oratione pro nomine, ut Ioannes uenit, uel ille uenit, ut pro nomine Ioannes, dicatur ille.

Qu. Quotuplex est ꝓnomẽ? R. Duplex, scilicet primitiuũ & deriuatiuũ. Qu. Primitiua quot sunt? R. Octo, scilicet ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic & is. Q. Cur sic uocantur? R. Quia à tribus primis formãtur alia ꝓnomina deriuatiua. Qu. Quõ? R. Ab ego uenit meus noster et nostras, à tu, tuus uester uestras, & à sui suus. Qu. Deriuatiua quot & quæ sunt? R. Septem, scilicet meus, tuus, suus, noster, uester nostras & uestras. Qu. Cur sic dicuntur? R. Eo ꝙ deriuãtur. i. formantur à primitiuis. Qu. Pronoĩ quot accidunt? R. Sex, scilicet qualitas, genus, numerus, figura, ꝑsona, casus. Qu. Qualitas ꝓnoĩm quotuplex est? R. Duplex, scilicet Finita, quæ recipit ꝑsonas, Infinita, quæ nõ recipit ꝑsonas. Q. Recipere ꝑsonas q̃d est? R. Est esse alicuius certæ ꝑsonæ, ut ego est primæ, tu secundæ, ille tertiæ. Qu. Generã ꝓnoĩm quot sunt? R. Quinq̃, masculinũ, fœmininũ, neutrũ, cõmune, & oẽ. Qu. Omnis gñis quæ sunt? R. Tria, ego tu sui. Qu. Cõmunis? R. Duo, nostras & uestras. Q. Masculi. R. Pleraq̃ pronoĩa habẽtia plures terminatiões, prima est mascu. Qu. Fœia quæ sunt? R. Quæ exeũt in a. Qu. Neutri quæ sunt? R. Illa que in um uel in d literã terminalem. Qu. Figuræ ꝓnoĩm quot sunt? R. Duæ, scilicet simplex ut ego, composita ut egoipse. Qu. Personæ ꝓnoĩm quot sunt? R. Tres, prima ut ego, secunda ut tu, tertia ut ille. Qu. Casus ꝓnoĩm quot sunt? R. Sex, licet solũ quatuor ꝓnoĩa habeãt utũm, scilicet tu, meus, noster, & nostras.

Coll. 23. De pronominis declinationibus.

Salustius & Thilmannus.

Declinãtur etiã ꝓnoĩa? T. Cur non? S. Declinationes pronoĩm quot ſunt? T. Quatuor. S. Prima quæ eſt? T. Vt declinãtur hæc tria ꝓnomina Ego tu ſui. S. Inflecte. T. Ego, mei uel mis, mihi, me, à me: Pluraliter nos, noſtrum noſtri, nobis, nos, à nobis. S. Declina tu. Tu tui uel tis, tibi, te, o tu, à te: Pluraliter uos, ueſtrum ueſtri, uobis, uos, o uos, à uobis. S. Secunda declinacio quæ eſt? T. Vt declinantur hæc quinq; ille, ipſe, iſte, hic & is. S. Declina ille. T. E Donato eius pete declinationem. S. Tertia declinatio quæ eſt? T. Vt declinantur hæc quinq; Meus, tuus, ſuus, noſter & ueſter, in ipſo Donato. S. Quarta? T. Vt hæc duo uariantur noſtras & ueſtras. S. Ea duo qũo niſlectuntur? T. Vt noĩa tertiæ declinationis, & gñis oĩs, & habent neutrum in e, ut noſtrate & ueſtrate. S. Flecte noſtras. T. Hic & hæc noſtras & hoc noſtrate, huius noſtratis, huic noſtrati, hunc & hanc noſtratem & hoc noſtrate, o noſtras & noſtrate, ab hoc & ab hac & ab hoc noſtrate & noſtrati. S. In plurali? T. Penitus ut nomen gñis oĩs. S. In pronoĩm declinationibus nullus ne eſt ſcrupulus? T. Vnus, q̃ ſcilicet carent utõ præter quatuor, tu, meus, noſter, & noſtras. S. Declinãtur etiam ꝓnoĩa in maſculino & fœ̃o & neutro? T. Illa tantũ, quæ trium ſunt terminationum.

Colloq. 24. De uerbo, quid ſit, & quotuplex.

Vincentius & Xerces.

QVæ dictio eſt uerbum, & qũo cognoſcitur? X. Cui poſſunt præponi hæ tres perſonæ Ego, tu, ille, & ſignificat aliquam operationem. V. Exemplo probes, ut in-

ut intelligam. X. *Lego est uerbū, quia dicere possum: Ego lego, tu legis, ille legit.* V. *Verbū quid est.* X. *Pars orationis sine casu, agere aliq̄d, aut pati, aut neutrum significans.* V. *Quotuplex est?* X. *Substantiuū et uocatiuum.* V. *Quot sunt uerba substantiua?* X. *Tria tantū, scilicet, sū forē, & existo.* V. *Vocatiua quot sunt?* X. *Quinq̄ scilicet, Nuncupor, appellor, dicor, nominor, uocor.* V. *Cætera uerba qūa uocantur?* X. *Adiectiua, ni fallor.* V. *Est ne & alia diuisio uerborū?* X. *Est, quia uerbum est uel personale uel impersonale.* V. *Personale uerbū quod est?* X. *Quod cōiugatur per tres distinctas personas, ut lego legis legit.* V. *Impersonale quod dicitur?* X. *Quod solum in tertia coniugatur persona, & numero singulari.*

Colloquium. XXV.

De uerbi accidentibus.

Ysocrates & Adulphus.

VErbo quot accidūt? A. *Septē, scilicet qualitas cōiugatio, genus, numerus, figura, tēpus, & persona.* Y. *Qualitas uerborū quotuplex est?* A. *Duplex, q̄a diuiditur in modū & in formā.* Y. *Dū quæritur de aliquo uerbo cuius sit qualitatis, q̄d respondendū est?* A. *Dicendū quod qualitas nō reperitur in uerbo, sed diuiditur in modū & in formā.* Y. *Modi uerborū quot sūt?* A. *Quinq̄, indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, coniunctiuus, et infinitiuus.* Y. *Formæ uerborū quot sunt?* A. *Quatuor, scilicet perfecta, meditatiua, inchoatiua, & frequentatiua.* Y. *Perfectæ formæ q̄d uerbum est?* A. *A nullo alio quot formatur, uel descendit.*

Y. Formæ meditatiuæ qđ dicitur? A. Quod desinit in rio et significat desiderium. Y. Inchoatiuæ? A. In sco qđ finitur, & significat inceptionē, ut calesco, frigesco, id est, incipio calere uel frigere. Y. Frequentatiuæ? A. In to qđ terminatur, & significat frequentationē uel assiduitatē, ut lectito, id est sæpe lego. Y. Numeri uerborū quot sunt? A. Duo, scilicet singularis ut lego, pluralis ut legimus. Y. Figuræ uerborū quot sunt? A. Duæ, scilicet simplex ut amo, cōposita ut de amo. Y. Personæ uerborū quot sūt? A. Tres, prima ut doceo, secunda ut doces, tertia ut docet.

Collo. XXVI. De uerborū gnibus & temporibus. Blasius & Claudianus.

GEnera uerborū quot sunt? C. Quinq, scilicet, actiuū, passiuū, neutrū, cōmune & deponens. B. Actiui generis qđ uerbū est? C. Quod desinit in o, ut doceo, & potest etiā terminare in or, ut doceor, & significat in o actionē, in or passionē. B. Passiui generis qđ uerbū est? C. In or quod exit, ut amor, significat passionē, potestq; deponere r literā, & fieri actiuū, ut amor amo. B. Neutri generis. C. In o quod finitur, ut sto, curro, & non potest accipere r literā, ut stor, curror nō dicitur. B. Deponētis generis quod est? C. Exiens in or, & r deponere neqt, ut sequor, nascor, sequo, nasco nō dicitur. B. Quod uerbū dicitur esse cōis generis? C. Syllabā ultimā quod habet or, & significat simul actionē & passionē. B. Exemplū eloquere. C. Vt osculor ic cusse, oft ic werde ghecust. B. Altud dicas. C, Criminor ic schelde oft werde ghescholden. B. Quod sunt uerba cō-

munis gñis? C. Donatus ponit ſolū hæc duo, oſculor, et crimino. B. Tẽpora uerborū quot ſunt? C. Tria, ſcilicet præſens, præteritū, & futurū. B. Tẽpus præſens qđ dicitur? C. Cuius ſignificatū adhuc exiſtit corā, ut audio ſcilicet nunc. B. Futurū tẽpus? C. Quod nõdū adeſt, neq; adfuit, ſed expectatur, ut legam, audiā, ſcilicet poſt hac. B. Præteritū qđ eſt? C. Quod peractū eſt, ut legi ic heb geleſen. B. Quotuplex eſt præteritū? C. Triplex, ſcilicet præteritum imperfectū, præteritū perfectū, & pluſ q̃perfectū. B. Præteritū imperfectū qđ eſt? C. Cuis ſignificatū nondū penitus peractū eſt, ut legebā ic las, ī cepi ſed nõdū finiui lectionẽ, ſed adhuc in opere erā. B. Præteritū perfectū? C. Cuius ſignificatum eſt totū peractū, ut legi ic heb geleſen. B. Præteritū pluſ q̃pfectū? C. Quod diu pactū eſt, ut legerā, ic heb uoer lãghe tijden geleſen. B. Doceas me ut ſciā cuius tpis ſit quod q̃ uerbū. C. Hoc ipſum agnoſcitur ſolū in aſſiduis uerborū coniugationibus. B. Tamen in ſcholis elemẽtaribus, pueruli & tyrũculi diſcũt tẽporalia. C. Legunt tẽporalia illa, ſed ſine intellectu & q̃fectu. B. Diſcũtur tũ tpa perfectius in aſſidue coniugando uerba uaria? C. Sic à præceptore percepi, cui fidem adhibeo.

Collo. XXVII.

De coniugatione uerborũ. Dauid, Emmericus.

CONiugatio uerborum quid eſt? E. Eſt uerborum in ultima ſyllaba per perſonas, numeros, tempora, & modos uariatio. D. Quid iſtum præſcire oportet, qui uerbum aliquod coniugare uult? E. Cuius generis ſit deinde cuius coniugationis. D. Genus cur eſt preſciendum? E.

Quia diuersi generis uerba diuersimode & coniugantur, ut aliter cõiugantur uerba actiua q̃ passiua. D. Neutra quõ inflectuntur? E. Sicut actiua. D. Deponentia et communia? E. Vt passiua. D. Quotuplex est cõiugatio? E. Quadruplex. D. Scilicet. E. Prima, secunda, tertia, quarta. D. Per quot fit coniugatio? E. Per quatuor, scilicet per tres personas, duos numeros, quinq; tempora, et quinq; modos. D. Quot sunt modi uerborũ? E. Quinq;, Indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, cõiunctiuus, & infinitiuus. D. Indicatiuus quot habet tempora? E. Quinq;, & diuisim: Præsens, triplex præteritum, & futurũ. D. Imperatiuus quot? E. Duo, scilicet præsens & futurum. D. Præterito quare caret? E. Quia de præterito nequit imperiũ fieri, nam quod factum est, aliter fieri non potest. D. Cur caret prima persona? E. Eo quod nemo sibi ipsi, sed semper alteri imperat. Da. Optatiuus quot habet? E. Quinq;, & coniunctim. D. Quid est tempora habere coniunctim? E. Est in præsenti & præterito imperfecto, uel in præterito perfecto & plusq̃perfecto unam habere terminationem. D. Quid est ipsa habere diuisim? E. Est in ipsis non habere terminationem unã, sed diuersas & separatas. D. Coniunctiuus quot habet? E. Etiam quinq;, sed diuisim. D. Infinitiuus quot? E. Quinq;, at coniunctim, ut in Donato patet. D. Quid post modos sequitur in coniugãdo? E. Supina & gerundia. D. Supina quot sunt? E. Duo, primum in um, alterũ in u. D. Gerundia quot sunt? E. Tria, scilicet, di, do, & dum. D. Quot participia formantur à quolibet uerbo? E. Plura ab uno q̃ ab

alio.

alio. D. A uerbo actiuo quot? E. Duo, ſcilicet præſens in ns, & futurū in rus, ut ab amo fit amans & amaturus. D. A paſſiuo? E. Etiam duo, ſcilicet præteritū in tus, ſus, uel xus, & futurū in dus. D. A neutro? E. Duo ut ab actiuo, in ns præſens, & in rus futurum, ut à ſeruio ſeruiens & ſeruiturus. D. A cōmuni? E. Quatuor, ſcilicet præſens in ns, præteritū in tus, futurū in rus & dus. D. A deponenti? E. Tria, præſēs in ns, præteritū in tus, futurū ī rus, ut à naſcor naſcēs natus & naſciturus. D. Quot ſunt difficultates maiores in cōiugationibus? E. Tres, ſc3 ſecūda ꝑſona indicatiui modi tꝑis pñtis, præteritū perfectū eiuſdē modi, & ſupinū coniugationē cōcludēs. D. Quot tꝑa formātur à præterito ꝑfecto indicatiui modi? E. Quinq, que exeūt in ram, ſem, rim, ro, ſe. D. A ſecūda ꝑſona præſentis indicatiui quæ tꝑa ueniunt? E. Cætera oīa præter iſta quinq.

Colloq. 28. De coniugatione prima.

Floreamus & Gerardus.

PRima coniugatio quæ eſt? G. Quæ in infinitiuo modo in ſyllaba penultima habet a longum. F. Huius coniugatus uerba qūo agnoſcuntur? G. Penes infinitiuū modū, ſi in ipſo habent alongum. F. Quō coniugantur? G. Vt amo in Donato, ſi ſunt actiua uel neutra, uel ut amor ſi ſunt paſſiua, cōia, uel deponentia. F. In præterito qūo exeunt? G. In aui, ut amo amaui. F. In ſupino? G. In atum, ut amaui amatū. F. Habent ſp aui in præterito? G. Non, ſed xij, habēt ui. F. Quæ illa ſunt? G. Cubo crepo domo frico mico tono ſeco ſono plico ueto nexo neco. F. Nulla uerba habent

aliam terminationē, q̄ aui & ui? G. Quatuor aliter finiuntur, ut do dedi, sto, steti, iuuo iuui, lauo laui. F. A cubo composita qui reddūt præteritū? G. In ui, ut eorū uerbū cubo, ut tucūbo incubui. F. Aliorū uerborū cōpositā huius coniugationis qualia habēt præterita? G. Qualia eorū simplicia, ut plico plicui, sic implico implicui. F. In supino qūo habent uerba huius ordinis, quæ in præterito habuerūt ui? G. Itū, ut domo domui domitū: sed mico caret supino. F. Neco in supino? G. Nectum à necui, & necatū à necaui, quia habet duplex præteritū, necui & necaui.

Colloquium uigesimum nonum.

De coniugatione secunda.

Hupertus & Crysantus.

SEcūdæ coniugationis quæ uerba sunt? C. Quæ in penultima syllaba infinitiui habent e productū, ut docere et doceri. H. Quomodo agnoscūtur huius classis uerba? C. Penes infinitiui penultimā syllabā. H. Quomodo coniugantur? C. Si sunt actiua uel neutra, ut doceo: sin passiua, cōmunia, & deponētia, ut doceor. H. Quam terminationem habēt? C. Semp eo in actiuo & neutro, ut doceo, hæreo, fleo. H. In præterito pfecto? C. Plerūq; ui, ut doceo docui, teneo tenui. H. Nulla aliter formant præteritū? C. Aliqua habēt si, aliqua etiam di. H. Si, quæ habēt? C. Ardeo arsi, suadeo suasi. H. Di quæ habent? C. Video uidi, sedeo sedi, strideo stridi. H. Hæc uerba neutra, audeo, gaudeo, & prandeo, qūo finiunt præterita? C. Vt uerba passiua, ut audeo ausus sum gaudeo gauisus sum, prandeo pransus sum, uel prādi.

H. Hu-

H. Huius cõiugatus uerba qũo formãt ſupina? C. Iſta quæ habẽt ui in præterito plerũq; carẽt ſupinis, ſed non oĩa. H. quæ nõ? C. Caleo, doleo, lateo, pareo, pateo, placeo, noceo, ualeo, quæ habent ſupina in itũ, ſed careo habet caritũ & caſſum. H. Verba quæ habent di uel ſi in præterito, qũo ſupina faciũt? C. In ſum, ſed ſtrideo caret ſupino.

Coll. 30. De coniugatione tertia.

Coriolanus & Lucianus.

TErminationes uerborũ cõiugationis tertiæ quot ſunt? L. Viginti duæ, ſcilicet bo, co, do, go, bo, lo, mo, no, po, quo, ro, ſo, to, uo, xo, cio, gio, pio, rio, tio, & uo diſſyllabum. C. Præteriti quos habent exitus? L. Varios, ſecundũ diuerſas uerborũ terminationes. C. In bo, qũo exeunt? L. Pſi habent, uel bi, ut bibo bibi, ſcribo ſcripſi: in ſupino bibitum ſcriptũ. C. In co? L. Habent ci, ut uinco uici uictũ. C. Do? L. ſi, ut rado raſi ſum, ſed condo habet condidi. C. Go? L. Mutant go in xi, ut rego rexi, ſed aliqua habẽt gi, ut lego legi ctũ in ſupino. C. Ho? L. Vertũt ho in xi, ut ueho uexi uectũ, traho traxi tractũ. C. Lo? L. Lo in lui mutant, ut excello excellui, ſed aliqua habẽt li, & in ſupino itũ, ultũ, uel ſum. C. Mo? L. Mo in ui uertũt, ut gemo gemui, itũ in ſupino. C. No? L. Variat no in ui, ut ſterno ſtraui ſtratum. C. Po? L. Cõuertunt po in pſi, ut carpo carpſi, præter ſtrepo ſtrepui & rumpo rupi, in ſupino ptum, ſed ſtrepo habet itum. C. Quo? L. Solum duo ſunt in quo, ut coquo coxi coctum, linquo liqui, in ſupino ctum. C. Ro? L. Formant præteritũ in ui, ut tero triui, uel in ſi, ut gero geſſi, uel in ri,

ut curro cucurri, in supino sum uel stũ uel itũ. C. So? L. So uertũt in sui, ut lacesso lacessiui lacessitũ. C. In to? L. Formãt præteritũ in ui, ut meto messui messum, sed peto petiui, & uerto uerti. C. In uo unius syllabæ? L. Si l præcedit uo, habent ui, ut soluo solui solutũ: sed sine l habent xi, ut uiuo uixi. C. In cio quæ exeunt in præterito? L. Mutãt a in e, & o abijciũt, ut facio feci, & ctũ in supino. C. In dio? L. Abiecto o formant præterita in di ut fodio fodi & sum in supino. C. Gio? L. Etiã solũ abijciũt o, ut fugio fugi & itũ in supino. C. Pio? L. Io cõuertunt in ui, ut rapio rapui, sed capio habet cepi & captũ in supino. C. Rio? L. Vnũ est tãtũ, scz pario peperi partum in supino. C. Tio? L. Vnum est. scilicet quatio quassi, sed eius cõposita excutio &c. habẽt si C. In uo syllaba diuisa? L. Habent ui, ut arguo argui.

Colloq. 31. De coniugatione quarta.

Marcus & Nicodemus.

C Coniugatio quarta quæ est? N. Quæ in infinitiuo modo in penultima syllaba habet i longum, ut audire. M. Terminatio uerborum huius ordinis quæ est? N. Exeũt in io, exceptis duobus eo & queo. M. In præterito pfecto qũo finiuntur? N. Plerumq; in iui, ut audio audiui, dormio dormiui. M. Habent etiam aliqua si? N. Hæc duo haurio hausi, sepio sepsi. M. Aperio cũ compositis qũo præteritũ facit? N. In ui, ut aperio aperui apertũ. M. Sed comperio & reperio? N. Habent ri, ut cõperio comperi compertum, reperio reperi repertum. M. Præterita in iui, supina qui faciunt? N. In itũ, ut audio audiui auditum, dormio dormiui

dor-

dormitum. M. Vincio uincire in præterito & ſupino? N. Vinxi uinctũ. M. In præterito quæ habent ſi, qũo reddunt ſupinũ? N. In ptum, ut ſepio ſepſi ſeptum.

Colloquium. XXXII.

De coniugatione uerborum impersonalium.

Otto & Paulinus.

CONiugantur oĩa uerba in tribus ꝑſonis? P. Non, ſed aliqua tantũ in tertia & in ſingulari nũero. O. Quæ ſunt illa? P. Verba impſonalia. O. Cur ſic ſunt dicta? P. Eo qđ non in oĩbus tribus perſonis cõiugantur. O. Quotuplicia ſunt iſta uerba? P. Duplicia, ſcilicet in t, ut oportet, et in tur ut legitur, curritur. O. Cõiuga iſtud uerbũ oportet. P. Cõiugabo, ſed ſolũ in tertijs ꝑſonis et numero ſingulari. O. Age exordire. P. Oportet oportebat oportuit oportuerat oportebit. Imperatiuo modo tpe pñti oporteat. Optatatiuo mõ tpe pñti & præterito impfecto utinã oporteret. Præterito ꝑfecto & pluſq̃ꝑfecto utinã oportuiſſet. Futuro utinã oporteat. Coniũctiuo modo tpe præſenti cũ oporteat. Præterito imperfecto cũ oporteret. Præterito ꝑfecto cũ oportuerit. Præterito pluſq̃perfecto cũ oportuiſſet. Futuro cum oportuerit. Infinitiuo mõ tpe pñti & præterito impfecto oportere. Præterito ꝑfecto & pluſq̃ꝑfecto oportuiſſe, cæteris caret. O. Coniugantur ſic omnia impersonalia uerba in t? P. Ita, nam ſic Grammatici tradunt. O. Impersonalia in tur, qũo cõiugantur? P. in tertijs ꝑſonis ſingularis nũeri, et ut uerba paſſiua. O. Coniuga amatur uerbũ impſonale. P. Indicatiuo mõ tempore præſenti amatur. Præterito imperfecto

perfecto amabatur. Præterito pfecto amatum est uel fuit. Præterito plusq̃perfecto amatũ erat uel fuerat. Futuro amabitur. Imperatiuo modo tpe præsenti ametur. Futuro amator, uel melius caret. Optatiuo modo tpe præsenti & præterito impfecto utinam amaretur. Præterito pfecto & plusq̃pfecto utinã amatũ esset uel fuisset. Futuro utinã ametur. Coniunctiuo mõ tpe præsenti cum ametur. Præterito impfecto cũ amaretur. Præterito pfecto cum amatũ sit uel fuerit. Præterito plusq̃perfecto cũ amatũ esset uel fuisset. Futuro cum amatũ erit uel fuerit. Infinitiuo modo tpe præsenti & præterito impfecto amari. Preterito perfecto & plusq̃perfecto amatũ esse uel fuisse. Futuro amatũ iri. O. Cõiugantur sic oĩa alia impsonalia intur? P. Imo, etiam cuiuscunq; declinationis fuerint.

Collo. XXXIII. De uerbis anomalis & defectiuis. Quintinus & Ruffus.

INueniuntur etiam uerba, quæ aliquibus temporibus uel modis deficiant aut careant? R. Complura, nam quædam deficiunt præteritis, & quædam supinis. Qu. Quæ carent præteritis, & quæ supinis? R. Illud tibi dicã, postq̃ doctior euasero. Q. Quo præterito carere solent uerba? R. Præterito perfecto indicatiui modi. Qu. Nullo alio præterito? Ru. Deinde & præterito quod exit in ram, sem, rim, se, & futuro coniunctiui in ro. Q. Cur illis temporibus? R. Quia formatur à præterito perfecto indicatiui modi, ergo si illud non habent neq; hæc habere possunt. Qu. Sunt etiam uerba quæ aliquo toto modo deficiant? R. Sũt, & illa dicta

sunt

defectiua uel anomala. Q. Anomalum uerbū quod dicitur? R. Quod coniugatur aliter, q̄ uerba ſolent coniugari. Q. Quomodo tum coniugantur? an ne per tres perſonas? R. Vtiq;, ſed una perſona non formatur ab alia, ut in cæteris uerbis. Q. Fac tale audiam uerbū. R. Donatus habet tria, ſcilicet ſum es eſt, fero fers fert, et uolo uis uult. Q. Sunt ne plura? R. Sunt, ut nolo nonuis nonuult, malo mauis, mauult. Q. Defectiua temporū, & modorum quæ uerba ſunt? R. Quæ non in omni neq; modo neq; tempore coniugantur. Q. Ambo dic illa. R. Aio, ſalue, auſim, cedo, faxo, forem, inquio, inquam, inſit, quæſo, odi, memini, cœpi, uale, aue. Qu. Iſta quomodo coniugantur? R. Ex Grammatico me doctiore id petas.

Collo. XXXIIII. De aduerbio & eius accidētibus.

Salomon & Theodoricus.

A Duerbium quid eſt? T. Pars orationis, quæ appoſita uerbo, ſignificationē eius explanat atq; implet. S. Vnde dicitur aduerbiū? T. Ab ad & uerbū, quia uult ad uerbū poni in oratione. S. Quid apud uerbū efficit? T. Verbi ſignificationē declarat ut apertius dicitur. Scripſit bene, hodie uel heri, quā ſcripſi. S. Quō cognoſcitur aduerbiū? T. Dum dictio deſinit in e, i, o, er, us, am, im, u, il, & nō declinatur, neq; coniugatur, ſed uerbo appoſitū, eius declarat ſignificatum. S. Aduerbio quot accidunt? T. Tria, ſcilicet Cōparatio, ſignificatio, & figura. S. Significationes aduerbiorum quot ſunt? T. In Donato extant, inde ipſas tibi narrabo. S. Cōparātur etiā aduerbia? T. Sic, ſed ſolū in genere neutro.

Exem-

S. Exemplū præbe. T. Vt fortiter fortius, fortissime. S. Cōparātur nc oīa aduerbia? T. Solū illa quæ formātur à nominibus cōparabilibus. S. Cuius significatiōis aduerbia cōparātur? T. Quātitatis & qualitatis. S. Da aliquod quātitatis, & compara ipsū. T. Vt parū minus minime, Multū maius maxime. S. Da qualitatis? T. Pulchre pulchrius pulcherrime. S. Comparātur nulla quæ significant tempus? T. Duo, scilicet nuper & diu. S. Cōpara ipsa. T. Diu diutius diutissime, nuper, nuperius nuperrime. S. Nulla aliarum significationum? T. Credo quod nulla penitus. S. Habet superlatiuus in comparatione aduerbiorū semper c? T. Nulla sibi est terminatio alia. S. Figuræ aduerbiorum quot sunt? T. Duæ, scilicet Simplex & composita. S. Simplex quæ est? T. Cuius partes uel syllabæ diuisæ nihil significant, ut pulchre. S. Composita quæ est? T. Cuius partes uel syllabæ, diuisæ manent significatiuæ, ut perpulchre. S. Quomodo illius dictionis syllabæ manent significatiuæ? T. Quia illa dictio per, aliquid significat, etiam illa uox pulchre.

Colloquium. XXXV.

De participio & eius accidentibus. Valerius & Xion.

PArticipium quid est? XI. Pars orationis partem capiens nominis & uerbi. VA. Quid capit à nomine, & quid à uerbo? XI. A nomine, genera & casus, A uerbo tempora & significationes, Ab utroq; numerum & figurā. V. Habet participiū genera & casus ut nomen? X. Habet. V. Et tempora & significationes ut uerbum? X. Sic, nam participium est temporis præsentis, præteriti, & futuri, ut

uer-

uerbum: & ſignificat actionē uel paſſionem, ut uerbum ipſum. V. Participiū qui cognoſcitur? X. Si eſt dictio exiens in ans, ens, tus, ſus, xus, rus, & dus, & formatur ab aliquo uerbo. V. Participio quot accidūt? X. Sex, ſcilicet, genus, numerus, ſignificatio, tempus, caſus & figura. V. Genera participiorū quot ſunt? X. Quatuor ſcilicet maſculinū, fœmininum, neutrum & omne. V. Maſculini generis quæ ſunt? X. In us quæ terminantur, ut doctus lectus. V. Fœminini quæ? X. Quæ in a, ut docta percuſſa. V. Neutri? X. Quæ in um exeunt, ut doctum percuſſum. V. Omnis generis quæ ſunt? X. Ea quæ in ans & in ens finiūtur, ut amans legens. V. Numeri parttcipiorum quot ſunt? X. Duo, ſcilicet ſingularis, ut ſcribens, pluralis, ut ſcribentes. V. Figuræ participiorum quot ſunt? X. Duæ, ſcilicet ſimplex ut ſcribens, compoſita ut exſcribens. V. Tempora participiorum quot ſunt? X. Tria quia in ans & ens ſunt præſentis temporis, in tus, ſus, xus, ſunt præteriti, in rus & dus futuri. V. Caſus participiorum quot ſunt? X. Sex ut in nomine, ſcilicet Ntūs, gtūs, dtūs, accūs, utūs, abltūs. V. Significatio participiorum quotuplex eſt? X. Quintuplex, ſecundum quinq; uerborum genera. V. Comparantur etiam participia? X. Aliqua ex illis quæ deſinunt in ans, ens, & tus, ſed tum nomina fiunt. V. Declinantur etiā? X. Vtiq;, ſecundū declinationes noīm. V. Participia in ans & ens qūo inflectuntur? X. Vt felix apud Donatum. V. In tus, ſus, xus, rus & dus? X. Ac magiſter à Donato. V. In a? X. Vt muſa. V. In um? X. Vt ſcamnum.

Collo.

Coll. 36. De coniũctione, præpoſitione & interiectione. Adamus & Bruno.

CONiunctio qd eſt? B. Pars orationis annectens ordinans q; ſententiã. A. Iſtud qd dictum eſt? B. Id eſt Coniũctio eſt dictio latina quæ ſenſum & uoces in oratiõe coniungit. A. Quõ agnoſcitur dictio quæ eſt coniũctio? B. Facillime, nã in Donato apud coniunctionem repcritur. A. Coniũctioni quot accidũt? B. Tria, ſcilicet poteſtas, figura, & ordo. A. Poteſtas coniunctionũ quotuplex eſt? B. Quintuplex, ſcilicet copulatiua, diſiũctiua, rationalis, cauſalis & expletiua. A. Copulatiuæ poteſtatis quæ ſunt coniũctiones? B. Quæ coniũgunt ſenſũ orationis et dictionis, ut &, et q;, ac, at q;. A. Diſiunctiuæ poteſtatis? B. Senſum quæ diſiũgunt & uerba, ut ſunt uel aut. A. Expletiuæ quæ ſunt? B. In Donato reperies. A. Figuræ coniunctionum quot ſunt? B. Duæ, ſcilicet ſimplex ut et, cõpoſita ut et q;. A. Præpoſitio qd eſt? B. Pars orationis quæ præpoſita alijs partibus in oratione, ſignificatũ earũ aut cõplet, aut mutat, aut minuit ut pdoctus ſignificat plus q; doctus. A. Præpoſitioni quot accidũt? B. Vnũ, ſcilicet caſus. A. Quot caſus? B. Duo, ſcilicet accũs & abltũs. A. Quæ dictio eſt præpoſitio? B. Illud facile eſt cognitu. A. Tum doceas me. B. Præpoſitiones ſunt in certo nũero, qa triginta deſeruiũt accõ, & quindecim abltõ, ut apud Dona. liquet. A. Donatus adhuc ponit ſeptem, ſcilicet di, dis, ſe, re, an, co, con: cur illas uocat inſeparabiles? B. Quia nunq; legũtur niſi ſint ſyllabæ primæ alicuius dictionis. A. Interiectio quid eſt? B. Pars

orationis significãs mentis affectũ uoce incognita. A. Quæ dictio est interiectio? B. Nostri animi quæ significat affectũ, dolorẽ, gaudiũ, tristitiã, uel aliã animi passionẽ: ut uæ, heu, proh. A. Interiectioni quot accidũt? B. Vnum scilicet significatio. B. Significationes interiectionis quot sunt? A. Tot quot affectus, & illi quidem uarij sunt.

Colloq. 37. De dictionum constructione. Et primo de constructione adiectiui nominis.

Cyrillus & demophon.

SEcunda Grammaticæ pars quæ est? D. Est constructio ipsa. C. Constructio quid est? D. Est debita dictionũ in oratione compositio. C. Est ne necesse discere constructionẽ grammaticã? D. Sic, si saltẽ nolimus latine loquẽdo aberrare. C. Adiectiuũ nomen quo in oratione uult poni? D. Apud substantiuũ nomen in eodem genere, numero, & casu: ut albus uir, non alba uir. C. Est ne hæc oratio cõgrua, albus mulier, alba uir? D. Non, quia adiectiuũ & substantitũ non sunt eiusdem generis? C. Oratio congrua qd est? D. Quæ est facta & composita secundum regulas grammaticas. C. Oratio incongrua? D. Quæ est contra grammaticæ regulas. C. Sunt ne hæ orationes congruæ, probus uir, proba mulier, probum animal? D. Sunt, quia adiectiuum & substantiuum sunt eiusdem generis, numeri, & casus. C. Conueniunt ne semper in his tribus adiectiuum & substantiuũ? D. Non. C. Quando non? D Istud nondum tibi dicere possum, quia scientia adhuc puer sum.

Coll. 38. Eduardus & Fridericus.

Regit etiam adiectiuum nomen casus aliquos? F. Vtiq; quatuor, scz gtūm, dtūm, accūm, & ablatiuū. E. quoties, uel quando gtūm? F. Decem & tribus uicibus. E. Primo? F. Adiectiuū factum nomen è participio, ut abundans lactis. E. Quando adiectiuū è participio fit nomen? F. Dum regit aliū casum q̄ suū uerbū à quo descendit, ut abundans uenit à uerbo abūdo, qđ regit ablatiuū, sed dum dicitur abundans lactis, tū regit gtūm, & efficitur nomen. E. Secūdo quando gtūm regit? F. Adiectiuū qđ significat plenitudinem, ut plenus uini, satur cibi. E. Tertio? F. Adiectiuum significans interrogationem, ut q̄d boni affers? E. Quarto? S. Significans demonstrationē, ut istud uini ebibe. E. Quinto? F. Significans multitudinē, uel paucitatem, ut multi hoīm pauci hominū. E. Sexto? F. Negationē significans, ut nihil cibi habeo. E. Septimo? F. Diuersitatem significans, ut aliud sententiæ nunc dicis q̄ heri. E. Octauo? F. Culpam significans, ut reus mortis. E. Nono? F. Penuriam significans, ut inops pecuniæ. E. Decimo? F. Desiderium ut cupidus ludi, auidus laudis. E. Vndecimo? F. Hæc adiectiua, potens, securus, dulcis: ut potens belli securus penæ. E. Duodecimo? F. Adiectiua partitiua, ut unus nostrū, & distributiua, ut uter istorum. E. Decimotertio? F. Adiectiua superlatiui gradus, ut doctissimus oīm. E. Quæ adiectiua regunt dtūm? F. Quadruplicia. E. Primo? F. Quæ significant similitudinē, uel dissimilitudinem, ut similis tibi, dissimilis mihi. E. Secundo? F. Hoc adiectiuū obuius, ut obuius patri. E. Tertio? F. Adiectiuū quod significat

utilis

utilitatem, ut utile nobis: uel dampnū, ut nociuum tibi. E. Quarto? F. Adiectiua quæ significant acquisitionem ut aptus ludo, aptus literis. E. Adiectiua in bilis, quem casum regunt? F. Etiã dtūm, ut terribilis oībus. E. Accūm quæ regūt? F. Quæ significãt rẽ inhærentẽ, ut albus dentes, curuus pedẽ. E. Hæc adiectiua, dignus, plenus, diues, inops, uel significantia quantitatẽ? F. Regunt abltūm, ut dignus laude, plenus uino, diues pecunia, inops factis, magnus uerbis, sed nullus factis. E. Adiectiua cõparatiui gradus? F. Abltūm regunt, ut doctior illo, uel illis. E. Possunt etiã adiectiua regere abltūm sine præpositione addita, uel expressa? F. Possunt, & quidẽ elegantissime, ut elegantius dicitur, Tardus pedibus, blãdus sermone, q̃ in pedibus, & in sermone.

Colloquium. 39.

De constructione substantiui nominis.

Guntherus & Heliseus.

SVbstantiuum nomẽ quomodo ponitur in oratione latina? H. Tripliciter. G. Primo? H. Apponitur alteri substantiuo nomini in eodẽ casu, ut Iesus Christus uirgo Maria. G. Quando istud fieri solet? H. Dum ambo substantiua pertinẽt ad unã aut eandẽ rẽ, ut Iesus Christus est una psona. G. Secundo quomodo substantiuũ ponetur in oratione? H. Alterũ substantiuũ adiũctum ponetur in gtõ casu, ut liber Ioãnis. G. Quãdo alterũ debet poni in gtõ. H. Dũ ambo substãtiua pertinẽt ad res diuersas, ut alia res est liber, aliud & Ioannes ipse, cuius est liber. G. Tertio, quõ substantiuũ cõstruitur? H. Regit genitiuũ, datiuũ, & ablatiuũ. G.

Quale regit gtūm? H. Duplicē. G. Primo? H. Gtūm ſignificantē preciū, ut panis teruncijunius. G. Secūdo? H. Gtūm ſignificantem rem inhærentē, ut fœmina nigrorū oculorum. G. Dtūm quæ ſubſtantiua regūt? H. Quadruplicia. G. Primo? H. Quæ ſignificāt rem poſſeſſam cū uerbo ſubſtantiuo ſum regūt dtūm, ut pecunia eſt mihi. G. Secundo? H. Quæ ſignificant cognationē uel agnationē, ut mater eſt mihi illa, ille eſt mihi pater. G. Tertio? H. Quæ ſignificāt amicitiam, ut fautor eſt mihi maximus. G. Quarto? H. Quæ ſignificāt ſocietatem, ut familiaris mihi eſt. G. Quod ſubſtantiuū ablatiuū regit? H. Illa dictio opus regit ablatiuū cū dtō ſimul, ut pecunia mihi opus eſt. G. Poſſūt ne & aliqua alia ſubſtātiua regere ablt̄ūm? H. Poſſunt, & q̄dem ſine præpoſitione, ut Epiſcopus gratia Dei. i. ex gratia.

Colloquium. 40.

De pronominis, relatiui, demonſtratiui, et interrogatiui conſtructione. Petrus & Cornelius.

PRonomen qūo conſtruitur? C. Cū altero p̄nomine, ut ego ipſe, tu ipſe, ille ipſe. P. Quid ſignificat ego ipſe, tu ipſe, ille ipſe? C. Id eſt, egomet, tumet, illemet. P. Vtrū dicitur elegātius ego ipſe, uel egomet? C. Ego ipſe multo uenuſtius eſt. P. Secūdo qūo uult conſtrui p̄nomen? C. Cum noīe aliquo, ut ego Petrus, tu Ioannes, ille nequam. P. Tertio quæ eſt pronominis cōſtructio? C. Vult apponi uerbo, ſicuti nomē, ut ego uenio, tu uenis, ille uenit. P. Relatiuū & ſuū antecedens, quomodo uolūt in oratione collocari una, uel apud ſe inuicem? C. In ſimili caſu, & genere. P. Exemplū

plū præbe? C. Vt Malū consilium est, quod mutari non potest. P. Numq̄ conueniunt in numero? C. Interdū, sed non semper. P. Talem profer orationem. C. Vt munus fuit mihi gratū quod ad me misisti. P. Relatiuū quid dicitur? C. Est pronomen in quo subintelligitur prius quod dictum est, ut sunt illud, id, qđ, &c. P. Antecedens quid est? C. Est dictū uel sententia præcedens in oratione. P. Interrogatiuū & suū responsiuum in quo conuenire debēt? C. In casu tantū, non gñe, neq; numero. Vt quē quæritis, potest responderi socios, Matrem, uirginem. &c. P. Doceas me qūo semper recte respondeā interroganti me. C. Habeas semp curam uel aduerte in quo casu quæritur, in eodē et tu respondeas. P. Vñ id nosti faciendum esse? C. Sic docti præcipiunt, & uulgatus uersiculus est Quo casu quæris eodē respondere iuberis. P. Istud exemplo mihi apertas lucidius. C. Et si quis interrogat, quē quæris? tu respondebis patrem non pater, patri, uel à patre. P. Dum quæritur per cuius qūo respōdebitur? C. Respondendū, p gtūm aliū, ut cuius est uestis? respondetur patris. P. Si aūt res de qua quæritur, pertinet ad nosipsos, uel ad secundā aliquā personā? C. Respondendū est in ntō, ut est mea uestis, tua uestis.

Colloq. 41. De constructione uerbi.

Lodouicus & Metellus.

VErbum in oratione quomodo construitur? M. Duo uerba apud se inuicem posita si fuerint sine medio, alterum debet poni in infinitiuo. Lo. Eloquere exemplum. ME. Vt uolo abire, uolo legere, cupio bibere. L.

Regunt uerba etiam ante se casus? M. Verbum personale ante se uult habere ntūm eiusdem personæ & numeri, ut ego amo. L. Habet uerbū semp apud se ntūm? M. Aliquando ntūs non exprimitur sed subintelligitur, ut amo amas. L. Quis ntūs subintelligitur? M. In amo intelligitur ego, ut ego amo, in amas tu, ut tu amas. L. Potest nominatiuus in quolibet uerbo subintelligi? M. Non in uerbo tertiæ personæ, ut amat, docet, legit. L. Non intelligitur ibi nominatiuus aliquis? ME. Nullus certus, ut amat scilicet ille, uel iste, Ioannes, uel Petrus. L. Regūt etiam uerba aliquos casus post se? M. Regunt, & præsertim tres, scilicet datiuū, accusatiuum, & ablatiuū. L. Datiuum quæ uerba regunt? M. Verba omnia cuiuscunq; generis fuerint, sed tamen prouidendū est qđ recte apponatur. L. Accūm quæ uerba regunt? M. Oīa uerba cuiuscunq; generis regunt accusatiuū significantē tempus. L. Exemplū. M. Vt curro, sedeo, dormio, uel eo duas horas, uel totū diem. L. Potest ne ille accusatiuus mutari in ablatiuum? M. Potest, ut curro duabus horis, uel tota die. L. Ablatiuū quæ uerba regunt? M. Omnia cuiuscunq; generis fuerint.. L. Quid ille ablatiuus significabit? M. Instrumentum, materiam, uel modum actionis ipsius uerbi. L. Exemplum. M. Percutio manu, loquor ore, scribo atramento. L. Vtrum elegantius dicitur: Percutio manu, uel cum manu? M. Pulchrius cum præpositio omittitur, q̄ exprimitur. L. Est hæc tota Syntaxis & constructio uerborū? M. Verba adhuc regunt casum propter sua significata, & diuersa genera. L. Ista quando nos

discemus? M. Vbi à rudimentis ad grammaticam maiorem peruenerimus. Colloquium. 42.

De aduerbij & participij constructione.

Nicander & Osyris.

A Duerbium quo construitur? O. Cum alio aduerbio coniunctione interposita. N. Exemplo istud ostende. O. Vt dicendo, hodie & heri te non uidi. N. Interponitur semper coniunctio? O. Non, sed interdum omittitur, ut ualde pulchre, absq; coniunctione. N. Secundo quo construitur aduerbium? O. Vult apponi uerbo, ut suum indicat nomen. N. Vnde est dictum aduerbium? O. Ab ad & uerbū, quasi ad uerbum uolens poni. N. Cur aduerbiū uerbo debet apponi? O. Vt uerbi declaret significatum. N. Ipsum aduerbium quomodo declarat uerbum? O. Vt manifestius est, scripsi hodie, q̄ scripsi, istud efficit illud aduerbium hodie. N. Apponuntur etiam aduerbia casibus? O. Sic, genitiuo, dtō, ntō, accō, & utō. N. Quæ genitiuo? O. Triplicia. N. Primo? O. Aduerbia temporis, ut pridie illius diei, nūc temporis. N. Secundo? O. Aduerbia loci, ut ubiq; locorum. N. Tertio? O. Aduerbia quantitatis, ut multū cibi, parum uini. N. Datiuum qđ aduerbiū regit? O. Hoc aduerbium obuiam tantū, ut obuiam patri eo. N. Ntō quæ apponūtur? O. Aduerbiū demonstrandi, ut ecce homo, uel ecce boīem. N. Accusatiuo quod? O. Aduerbium uocandi, ut o uirum mendacem. N. An etiam utō? O. Sic, ut uir mendax. N. Nulla aduerbia apponuntur ablatiuo? O. Nulla nisi aduerbia comparatiui gradus, ut uelocius equo, certius illo. N.

Participia qūo construūtur? O. Cū casu sui uerbi unde formantur, ut amans uinū cum accō, quia dicitur amo uinum. N. Nunq̄ participiū regit altū casum q̄ sui uerbi? O. Interdū aliū, sed tū fit nomen, participiū non manet. N. Exemplo istud ostende. O. Amans uini potest dici, nunq̄ tamen amo uini, ergo amans uini, hic amans est nomen non participiū, quia non regit casum sui uerbi.

Colloq. 43. De constructione Coniunctionis, Præpositionis, & Interiectionis.

Petrus & Quirinus.

QVomodo coniunctio uult poni in oratione latina? Q. Coniūgere solet similes dictiones, ut pater & mater. P. In quo debent esse similes dictiones istæ? Q. Vel in casu, uel in tempore, uel modo. P. Ponitur coniūctio semper inter dictiones alias? Q. Aliqñ præponitur, qñq; & postponitur. P. Ideo non semp coniungit dictiones, ut iam dixisti. Q. Atq; uirtute & natura coniūgit, licet nō semp ponatur in medio. P. Præpositiones qūo construuntur? Q. Præponūtur dictionibus accusatiui casus uel ablatiui. P. Quot et quæ sunt, quæ debent præponi accō? Q. Triginta sunt positæ apud Donatū. P. Quæ sunt? Q. Ad, apud, an. &c. P. Oratione aliqua ostende. Q. Vt ad patrem, apud mensam, ante pedes. P. Ablatiuo quæ præponuntur? Q. Quindecim, scilicet A, ab, abs. &c. P. Exemplū dic unum. Q. Vt A domo, à patre. P. Nunq̄ ne præpositiones apponuntur uerbis sine casibus? Q. Apponūtur, sed tū aduerbia fiunt, præpositiones nō manent: ut cum uenero, cū fecero,

hic

hic cum non præpositio, sed aduerbiũ est. P. Interiectiones qũo construũtur? Q. Cũ dtõ, accõ, et ntõ. P. Quæ cũ dtõ? Q. Væ & ueh, ut uæ populo, ueh mihi. P. Hei cũ quo casu? Q. Cum dtõ, ut hei mihi. P. Heu & hem. Q. Cũ accõ, ut hem miseriã, heu me miserũ. P. Nunq̃ heu ponitur cum ntõ? Q. Interdũ, ut heu pietas, heu prisca fides. P. Vah cũ quo casu? Q. Cum ntõ, ut uah homo impudens. P. Eheu? Qu. Cum accõ, ut eheu me miserũ. P. Proh cũ quo casu? Qu. Cum accõ, ut proh fidẽ hoĩm, deorũq̃.

Coll. 44. Quid cognita grãmatica discendũ sit.

Rupertus & Salustius.

GRammaticam post q̃ pauxillulũ scimus nos pueri, q̃d deinde discemus? S. Non ociari debemus, sed assidue laborare. R. Quid laborabimus, officia ne mamuaria? S. Non, sed in loquendo latine nos semp exercere. R. Latine semp loqui, admodũ tædiosum est. S. Certe oportet continue fari latine, si quis latinus effici desiderant: nã fabricãdo fabrisimus. R. Quomodo loquemur latine, dũmodo nescimus? A doctioribus discendũ & quærendũ est, quod nescitur. R. Nunq̃ ne ex libris uerba latina discere possumus? S. Libri parũ prosunt, ubi deest & præceptor & exercitatio frequens. R. Exercitatio qualis esse debet? S. Duplex. R. Primo? S. Colloquamur alijs nil nisi latine. R. Secundo? S. Epistolas scribamus latinas. R. In illis poterimus sæpe errare. S. Sæpe q̃ errat, tandẽ usu doctior fiet, & errare desinet. ☞ Colloquium. 45. & ultimum.

De salutationibus uarijs.

Thraſo & Varro.

ADſis, paucis te uolo. V. Quid me uis? T. Es tu literarum ſectator? V. Sum, nam ſcholam literariam uiſo. T. Calles etiam nõnihil latini? V. Calleo, ſed uix gry quidem ualens. T. Noſti ſalutare, & reſalutare Romanis uerbis? V. Iſtud ipſum calceis (ut aiunt) diu detriui, & cũ mucibus ſparſi. T. Age periculum faciamus, ipſe ſalutabo, tu reſalutes. V. Ah, puderet me tibi non poſſe reſpondere. T. Salue. V. Tu quoq;. T. Bonus dies. V. Et tibi. T. Bonum mane. V. Et tibi non ſemper ſane. T. Bonus uerſper, non bonum ueſper. V. Idem ſit tibi. T. Bona dies. V. Ea ſit & tibi. T. Sis ſaluus. V. Tu quoq;. T. Sis ſalutatus. V. Tu pariter. T. Beata nox. V. Aeterna lux, non nox. T. Felicem tibi precor diem. V. Eam & opto tibi. T. Fauſtam habeas noctem. V. Talem & tu habeas uiciſſim. T. Vale in craſtinum diem. V. Et tu uale belliſſime. T. Vale habeas inproximum congreſſum noſtrum. V. Illo & tu fruere. T. Tu uale bie, ego abeo. V. Valeas & tu ex ſententia. T. Salute te impartior. V. Et ego te. T. Proſpera ſit tibi corporis ualetudo. V. Neq; tibi abſit. T. Fortunet te deus. V. Et te totum proſperet ille. T. Quod agis ſecundet deus. V. Gratiam tu habe qui talia mihi precaris.

Finis partis primæ de Grammaticæ præceptis.

Sequitur altera de Morum documentis.

INGENIOSO ADOLESCENTI ET optimæ tũ stirpis tum spei, Matthiæ Sterkenberch discipulo suo, Hermannus Schottennius Hessus S. D. P.

VErum & uulgatũ est dicteriũ in ore totius uulgi Matthia chariſsime: Literis progredientem, & non moribus probis, eũ potius deficere, q̃ profectũ facere. Quo dicto nihil unq̃ uerius protulit Delphicus ille Apollo, quem gentilitas solius ueritatis authorẽ credidit, habuit, & coluit. Quid enim homo quãtumuis literatus est, sine moribus p̃bis & honestis, per Herculẽ, nil aliud q̃ bestia, aut si q̃d bestia est peius aut deformius. Mores namq̃, & non scientia, hoĩem à bestijs separãt. Doctissimi etiã, moribus carentes, bestiæ ueræ sunt, si inobedientes sunt q̃bus auscultare debent, recalcitrantes sunt asini, aut equi, si superbi pauonibus assimilantur. Si garruli & loquaces, tum turtures: si immũdi, tum sues uolutabro gaudentes, aut Harpyæ aues illæ Virgilianæ immũdissimæ. Si hoĩbus cõuiuere & conuersari nequeunt, erunt canes in balneo, asini ad lyram, aut cameli saltantes. Si ingrati fuerint beneſactoribus, erunt Coluber ille Aesopicus, qui rustici domũ ueneno inficiebat, qui se ferme frigore enectum, igne refocillauerat. Sin aliud aspectu & lingua præ se ferunt quàm corde habent, Crocodilo lachrymanti, uiso homine moxque eundem deuoranti persimiles sunt.

Sin

Sin bibuli & Epicurei sunt, semp Baccho uiuentes & uentri, beluis sunt longe inferiores, quæ præter naturæ necessitatẽ non edunt neq; bibunt. Tu igitur Matthia dilectissime, hominis uitã nõ bestiæ iam adolescẽs induas, & discas, moribus scilicet bonis te ornãdo. Imprimis odedientia, obediens sis Deo, parẽtibus, & præceptoribus, oĩbusq; magistratibus, sub quorũ agis imperio, his rebus quæ ad honestatem spectare uidẽtur. In uerbis & factis sis uerecũdus, magis audias q̃ loquere quicqd agis prudenter agas, & respice finẽ. Vide an utile, an inutile sit futurũ qđ intẽdis, senioribus & te dignioribus honorẽ exhibe. Ad mensam, & oĩ in loco cogita qd deceat, & qd uitio detur, loquendo sis ꝓpuidus. Non loquere nisi utilia, uera, & nulli nociua. In plateis modestus sis, nõ ac pueri discurrẽtes, aut stulti oscitãtes In tẽplo ea que dei sunt cogita. Ab omni scelerato ludo abstineas, & ubi pecunia luditur: somnũ nimiũ fugito, nã deterit natura, ingeniũ, & uitæ non parũ adimit: uestibus sis mundus, alijs ne in doctior maneas caue, prauorũ consortia fugito, nam illorum tandẽ uita ad coruos ceßare solet, fidelis sis quocũq; te contuleris, cõmunicationẽ rerum puerilĩũ cũ cõmilitonibus aut alijs caueas, nã comutare negociatorum est, non iuuenum aut puerorũ, qui nondũ ꝓpria habẽt. Aucupia & piscationẽ nõ amplectere, nã auocant ingeniũ à literis, & plus decẽt parasitos, q̃ scholasticos. Honestus sis, honesto dũ colloqueris, aut astas, capite præsertim aperto, siue cubitum eas, siue à cubitu surgas, Deo gratias, agas ꝙ te saluũ et incolumẽ custodiuit, ac ut cõseruare uelit

ad ani-

ad animæ ſalutẽ. Domi intra parietes paternos, filiũ domeſticũ, id eſt obedientẽ & uerbis & factis agas, nõ ſeruũ nequã, q̃ gaudẽt nunc dñis ſuis, nunc alijs in domo imponere. Diſce honeſte alijs cõuiuere, ne Bœtica ſus appellere. Ac ante omnia ſic uiue, uitãq; tuã inſtituas, ut hic boĩbus probis placeas, & poſt mortẽ Deo in æterna gloria, id quod facile potueris, ſi bene monẽtibus obediueris, præſertim patri tuo uiro humaniſſimo, ſimul & prudentiſſimo ac integerrimo, cuius ueſtigia precor imitare, ne aliquãdo degener filius dicaris. Conare alios duos fratres longe preire uirtute & ſcientia, quod facile potueris, licet ipſe ætate ſis iunior, tamẽ ingenio eos facile excelles, ſi ad honeſtatẽ teipſum flexeris, non ad uitiorũ ſentinã. Vale, ac talis nẽpe honeſtus & literatus fieri ſtudeas, qualem te pater tuus, magnam in te ſpem habẽs exoptat, quẽ ſi fefelleris, non eum ſed Deũ, qui olim de te ſuppliciũ ſumet, ridebis & deſpicies, qui talẽ tibi patrẽ, talẽ & fortunam contulit. Iterũ uale, & caue Matthias ne uocaris re & noĩe. Nã uulgus fatuos & inſipientes Matthias uocitare ſolet. Coloniæ ex ædibus meis. Vndecimo Calend. Septemb. M.D.27.

Collo. 1. Fruſtra doctũ eſſe ſine ꝓbis moribus.

Andreas, Barnabas.

SVmus perdocti poſtq̃ ſcimus loqui Grammatice, congrue, uel latine? B. Minime gentium, adhuc propter congruũ ſermonẽ, docti non ſumus. A. Ecquid tũ amplius nobis diſcendũ eſt? B. Laborandum ut & moribus honeſtis nos ornemus. A. Mores honeſti q̃ ſunt? B. Honeſtum

qui

qui reddunt iuuenem. A. Ecqui mores iuuenem honestū faciunt? B. Isti quos parẽtes & præceptores docent pueros. A. Quales ipsos docent? B. Multos, scilicet obedire, silere, amare superiores, nihil facere q̃ ꝓ parẽtes et præceptores iubẽt. A. Vñ, aut ubi discemus artes illas? B. Quotidie ex præceptis et monitis parentū ac præceptorū, aut etiã ꝓborū uirorū. A. Docebit etiã præceptor nos istos mores? B. Quidni? præceptoris est, & scientiã & ꝓbos mores tradere. A. Tamen multi literarios præceptores nunq̃ habuerũt, ut rustici, & tamen probe quãdoq; morati sunt. B. Istos eorũ instruxerunt parentes, & longus hoĩm conuictus. A. Tum & nos possent parentes domi intra parietes docere ipsos, sine præceptoribus. B. Melius tamen ex libris, & eruditis discũtur mores q̃ ab ineruditis. A. Vtrũ melius est, scientiam habere uel bonos mores? B. Boni mores longe præstant scientijs. A. Nihil tum prodesset doctũ esse, si mores nescirentur? B. Docti sine probis moribus oĩm sunt peruersissimi, & sua scientia alijs molesti. A. Vt audio, oportet præter scientiam moribus se ornare. B. Frustra nasceremur, nisi et nati bonis moribus imformaremur. A. Non sunt tum dicendi hoĩes, qui morum sunt imperiti? B. Sine probis moribus homo bestia est, & non homo. A. Exornat usq; adeo hoĩem morum scientia? B. Oĩbus hominibus iuuenem commendat. A. Tũ conabor. B. Vt moratus probe id facio, & sapiens magnusq; olim efficieris Apollo.

Collo. 2. Qui mores sunt obseruandi iuueni, primũ obedientia, & quibus sit obediendum.

Cleo

Cleophas, Daniel.

AGe commilito dilecte, nosti qbus est obediendū hominibus? D. Nescio, non solum hoībus scio, sed & deo. C. In quo est deo obediendū? D. Eius mādata seruādo, ut sunt. x. præcepta data Moysi in monte Sinai. C. Est ne plus auscultandū deo, q̄ hoībus? D. Dubitas in illo? longe magis deo. C. Quibus hoībus est parendū? D. Tribus, scilicet parentibus, præceptoribus, & deinde q̄ nostri sunt superiores ac dñi. C. In qbus est parētibus mos gerendus? D. In oībus honestis quæ præcipiunt. C. Quæ illa sunt? D. Exequēda sunt quæ mādant, uitanda quæ ꝓhibent. C. Non exibo domū parentibus nescientibus? D. Limen domus non transcēdas, quin petas ab ipsis copiā. C. Si me percusserint parentes digne, aut immerito, licebit ne obloqui, & reluctari? D. Hiscere non debes ad parentum aut uerba, aut uerbera. C. Non referiā eos, uel ipsis maledicā? D. Quoties id feceris, peccatum mortale cōmittes. C. Peccatū mortale quid uocas? D. Est peccatū, in quo qui moritur, in æternū cum diabolo condemnabitur. C. Sinā me tū percuti tam misere? D. Plagarum ictus & dolor cito transit, artus non infringit. C. Præceptoribus in quibus est morigerandum? D. In discendo quæ docent, in omittēdo quæ prohibent. C. Ferulis dum nostram cutem cædunt, quid agendum? D. Tacendum est & tolerandum æquo animo, cauendumq̄ ne mereamur cædi frequentius. C. O nos miseros, qui domi parentū pugnos, in gymnasio præceptorum plagas ferre cogimur. D. Id si fecerimus, feliciores fiemus postera ætate. C.

Fiunt

Fiunt tũ infelices, qui parẽtibus & præceptoribus male audiũt? D. Plerũq; manus lictoris incidunt, & apud coruos moriũtur. C. Superioribus q̃bus est auscultandum? D. De quorũ uictitamus mensa, aut illius loci sunt rectores ubi agimus. C. Est tũ parẽtibus, præceptoribus, & superioribus obediendũ in oĩbus? D. Non sed in licitis & honestis tantum. C. Quid si iuberent quod contra deũ, & honestatẽ, ac iustitiã esset? D. Audiendi in illis nequaq̃ sunt.

Colloquium. 3. De Verecundia.

Eleasar & Ferdinandus.

O Tu peruerse & pessime? F. Quid ita me appellitas? E. Quia sine fronte homo es. F. Frontẽ tamẽ habeo. E. Esse sine fronte est, non habere pudorẽ, ut tu nõ habes. F. Vbi, uel in quo carco pudore? E. Nihil te pudet apud alios, oĩa agis nimis temere, aut audaciter. F. Dic ubi pfricta fronte sum. E. Verbis, factis, gestibus & moribus. F. Facile istud dicis, sed sine uero. E. Ah, uerũ nimiũ est. F. Tũ dicito, ubi uerbis sim inuerecũdus. E. Loqueris non rogatus, & falsc, ac alicrũ uerba interrũpis. F. Nihil amplius nosti? E. Aliorũ famam denigras & semp q̃d noui affers. F. In hoc falsus es, detrectatori & garrulo faui munq̃. E. Facis multa quæ deceret omittere. F. Quæ illa sunt? E. Tuã ætatẽ & personã ac tuũ officiũ quæ nõ decent. F. Ea quæ sint admiror. E. Gestus habes indecoros. F. Indecori gestus q̃ sunt? E. Secus te habere q̃ reliqui hoĩes. F. Quo modo? E. Aliq̃ quod agunt, tu negligis, & noui quippiã incœptas, aut canẽdo, saltando, uel agẽdo aliter. F. Fieri potest, ut qñq; ab

alĩq̃

alijs discrepẽ. E. Moribus inuerecundissimis es præditus? F. Mores inuerecundos quos uocas? E. Inhonesti qui sunt, & tamen fiũt ab alijs tanq̃ honesti essent. F. Ad inhonesta opera qũo sese habere conuenit? E. Fugienda sunt, aut cũ pudore & uerecundia exequẽda. F. Erubescendum ne est, dum q̃d indecore agitur? E. Est, nã indecorũ est opus, ideo & pudendũ corã alijs. F. Est ne usq; adeo uerecũdia obseruanda? E. Iuuenẽ ingenuum nihil magis exornat q̃ uerecundia ipsa. F. Tum ipsam mihi comparabo.

Colloq. 4. De silentio & taciturnitate.

Gratianus & Hugo.

SIle tu garrule. H. Quid silerẽ lapidis more? G. Silentiũ decet iuuenẽ, qualis tua est ætas. H. Ecquis usq; tacere potest? G. Tu nunq̃ nõ garris. H. Ad loquendum data est mihi lingua. G. Loqui nunq̃ deberes, nisi anicula mulier postico crepitaret. H. Quid tũ dicerem? G. Istud pedere sit tibi cõmodo. H. Tibi istud trado, ego talia nõ agam. G. Loquacibus, ut tibi, talia cõueniunt. H. Nunq̃ ne lingua utendũ est? G. Sermone decet uti, loco, & tempore apto, nõ passim uel semp. H. Quo loco & tempore fari deceat, precor doceas me. G. Efficiã, tu arrectus audias. H. Coricæũ agã. G. Loquere nunq̃ aut nusquã, nisi opus sit, aut necesse, & utile futurũ. H. Difficile est cognitu, quãdo aut oporteat, aut utile futurũ sit. G. Duobus temporibus loquendum est. H. Primo. G. Quando silentiũ esset nobis, aut alijs nocituru. H. Istud quomodo scietur? G. Prius perpendendũ est anteq̃ uerba fiant. H. Secũdo? G. Dũ interrogamur ab alijs

de re honesta, uera, et nobis compta. H. Non ad quæsita inhonesta, & falsa, ac ignota respondebimus? G. Harpocratem uel Angeronam ad illa agere conuenit. H. Quare obticebimus? G. Quia digna non sunt ad quæ respondeatur. H. Tacebimus alias semp, non cõmugabimur amico? G. Cõgarrire indictũ non est, si parcitas & modus adfuerit. H. Iocabimur ne uerbis cũ congerronibus nostris? G. Ridicula & iocosa uerba, quanto parciora fuerint, tanto nostræ animæ & honori erit melius & commodius. H. Vis tu tum hoïem esse ranam Syriphiam semper obticentem? G. Non, sed parciloquũ: nã sermonis largitas futilem arguit hoïem. H. Ideo fortassis & mulieres futiles habentur nimis, quia plus æquo garriunt. G. Scopũ attigisti.

Colloq. 5. Deum, parentes, præceptores, dignio-res, ac seniores esse colendos tuueni.

Laurentius, Melchior.

COlere alios qd est? M. Est ipsis assurgere, aut honorẽ exhibere. L. Quõ aut per quid alijs honor exhibetur? M. Honeste eos alloquendo, caput aperiendo, & genua flectendo. L. Loquendo qũo colemus alios? M. Magnificis uerbis eos appellãdo. L. Magnifica uerba quæ sunt? M. Hæc & similia: uenerabilis, honorabilis, magnifice, egregie, præstãtissime, nobilissime &c. L. Secundo, qũo alij colendi sunt? M. Caput denudando, dũ ipsos præterimus aut alloquimur. L. Tertio? M. Caput inclinando genuaq; flectendo corã ipsis. L. Qui sic sunt nobis colendi? M. Deus, parentes, præceptores literarij, seniores & digniores. L.

Deũ

Deũ q colà capite & genibus, cũ in cœlo sit? M. Eius nomẽ, uel matris suæ Mariæ audiẽdo, uel crucis imaginẽ prætereundo, caput inclina, aperi, & genua flecte. L. Verbis quo ipsũ honorabo? M. Agẽdo ipsi gratiã de oĩbus quæ tibi cõtulit bonis. L. Quæ illa sunt beneficia? M. Quod te creauit hoĩem, nõ bestiã, ac sua passione à diabolo liberauit. L. Est istud satis? M. Et q̃ te saluũ & sapientẽ custodire uelit, ut post hanc uitã secũ in cœlo ppetuo uiuas. L. Hæc quo exequar? M. Orationibus tuis assiduis & deuotis. L. Parentes quo uenerabor? M. Verbis, capite, & genibus, oĩbusq̃ supplicijs. L. Verbis quo? M. Dicendo, ô mi charissimi parentes, q̃cq̃d uobis cordi fuerit, facià, uestraq̃ iussa lubens faciam. L. Capite? M. Loquẽdo eis capite nudo, siue sint rudes coloni, siue rustici, nobiles, iuuenes, senes, aut nondũ cani. L. Genibus? M. Flexis genibus ipsis respõdebis. L. Præceptores quo uerbis honorabo? M. Dicẽdo, colendissimi, amãtissimi, dilectissimi, eruditissimi præceptores me totũ uobis, & sub uestram ferulã dedo, literis & bonis moribus me inbuite, obedientem me præstabo alumnũ & discipulũ. L. Nudabo etiã caput, & genua flectã, dũ mihi loquũtur? M. Vtiq̃, quid nisi stares ac Marpesia cautes? L. Senes & eruditos quo gestu & moribus honestabo? M. Etiã uerbis, capite, & genibus. L. Senes quo uerbis? M. Dicendo, honorãde pater, si uir est, aut honoranda mater, si mulier. L. Doctos ipsos? M. Appellando eos uiros eruditos, integros, doctores: si eo sunt magistratu insigniti. L. Magistratum aliquẽ, id est utrũ egregiũ quo alloquar? M. Virũ egregium

& præstantē eū appella, addeq; cognomen sut magistratus. L. Sin matrona quædam fuerit honesta? L. Dñam uenerandam, & honestam ipsam appellita. Collo. 6.

De moribus mensæ. Hermānus & Nysus.

AD mensam qui mores decent iuuenem? N. Permulti, sed faciles factu sunt. H. Age, qui sunt? N. In loquēdo, edendo, & bibendo latent. H. Loquendo qui sunt seruādi? N. Nihil loquetur nisi rogatus, & tū paucis, ac assurgēdo respondeat. H. Non petit cibū et potū? N. Petere ista licet, sed uerecūde, non exclamādo instar Stentoris. H. Licebit etiā fari alijs loquētibus? N. Non, nisi ipsi sua perfecerint uerba. H. An etiā dum os est oppletū cibo? N. Tacere debet, quousq; mansum pederit in ore. H. Loquetur ne inter bibendū? N. Quid? emitteret uocem in poculū, aut calicem potoriū? H. Sic quærito. N. Inhonestū esset, ac Bœotico hoī indecorum. H. Tamen edendo subinde fabulantur multi, cur nō & bibēdo liceret? N. Fabulantur cōplures ad mensam, sed prius bolo peso. H. Decebit ne alio bibente bibere? N. Non, sed expectandū est, quoad calicē labijs amouerit. H. Quando bibendū est, an ne etiā ore cibo refertо? N. Non, sed buccis exinanitis. H. Cur non plenis buccis, instar utricularij fistulā inflantis? N. Ne q̄d micarum panis uel cibi poculum influat, & potū polluat. H. Attingendo cibū qui gestus decent? N. Pollice & duobus digitis proximis utendum est. H Non oībus quinq; digitis simul olus, aut panis turulentus est attingendus? N. Ruralium id est & Batauorū, non ingenuorū iuuenū. H. Digitos unctos licebit

ne labijs

ne labijs lingere? N. Nequaq̃, ſed linteo ſunt abſtergendi. H. Cur lingere dedecet? N. Lambere uel lingere feliũ & canum eſt. H. Non ad amictũ abſtergã ipſos? N. Si ut ſus cenoſa uis apparere, facito. H. Ecquis aut quæ ſedẽdo erit ſeruanda honeſtas? N. Sedendũ eſt erecto corpore, neq; pronus, neq; ſupinus iacendo. H. Non incumbã brachio menſæ? N. Illud eſt ſeniorũ, uel delicatorum. H. Nonne in menſa oſſa ſunt rodenda? N. Canes decet, non hoĩes, decumbendo oſſa rodere. H. Patinã qũo attingam? N. Sumito ea in parte cibũ aut bolũ, qua parte tibi appoſita eſt. H. Bolum panis iurulenti (quẽ uulgo offam uocant) ubi ſumã? N. In patinæ principio, & tuo in loco. H. Non ante aliũ? N. Id eſſet alteri præripere bolũ ex ore. H. Attingã ubicunq; palato meo arriſerit? N. Semper uiliora attingito, non lautiora, ne delicati palati hõ cenſearis. H. Dũ ab alio mihi adminiſtratur nonnihil delicati? N. Suſcipito lubens, ac gratiã porrigenti habeas. H. Non recuſabo oblatum? N. Recuſato pauculis dicendo ut ſibi ſeruet, tandẽ tamen ſumito. H. Poſtq; accepero qd agam? N. Surge, caput denuda, & dic gratiã ipſi. H. Seruabo ne integrũ oblatum in quadra mea? N. Si paruulus fuerit bucellus. H. Sin grandiuſculus erit bolus? N. Cum aſſidente partias, uel patinæ imponas. H. Porrigam aut miniſtrabo cuilibet aſſidenti? N. Cuius orbis uacuus & nudus eſt obſonio. H. In præbibendo qd decet? N. Bibito parce, ſæpius tacitus, & raro alijs præbibas. H. Quid hoc? N. Nam bibulũ arguit crebro præbibere. H. Si mihi præbibitur? N. Lubẽs ac gratus aperto capite ſuſcipito. H. Gratiã

quam agam? N. Dicas prosit tibi, uel domine suscipio lubens. H. Aequali ne hausta respõdebo? N. Si siti premeris, & naturæ tuæ conditio & uigor patitur. H. Siti dum non premor, neq; potũ ferre possum? N. Recusato modeste, ac fragilitatẽ incusato. H. Si cum bibulis & ebriosis conuiua fuero? N. Veniam precatus, abito ante ebrietatẽ. H. Sal qui antingã? N. Cultelli acie, non digitis. H. Oua si edero? N. Vide ne sinum uestis, uel mentũ oris humectes. H. Sunt hi mores oẽs ipsius mensæ? N. Alij discũtur ex assidentiũ gestibus. H. Conuiuio familiari si interfuero qui me geram? N. Tria præcepta teneto sedulo. H. Primũ? N. Ede citra cruditatem. H. Quid est edere citra cruditatẽ? N. Non plus q̃ quis digerere, & cõcoquere potest, ac fames exigit. H. Secundũ præceptũ? N. Bibe citra ebrietatem, id est, quod non inebrieris. H. Tertium? N. Pari asse impendium exolue, tacitus non abeas, nisi symbolo expenso.

Collo. 7. De uerborum moribus.

Osualdus, Plautus.

IN uerbis quæ honestas seruanda erit? P. Vt non temere, importune, & indecora loquamur. O. Temere loqui q̃d est? P. Est loqui imprudenter & stulte. O. Stulte quis loquitur? PL. Qui non cogitat, quo uerba uergant, & in quem finem. OS. Nullus alius? PL. Etiam cuius uerba non consonant aliorum dictis. O. Quomodo uerba unius discrepant à dictis aliorum? PL. Dum aliqui de alia re loquuntur, & alius de alio uerba facit. O. Importunne loqui quid est? P. Est loqui dum tempus aut locus nõ postulat,

aut

aut tolerat. O. Quis locus loqui prohibet? aut ubi tacendū est? P. In locis ſacris, in menſa, & apud honeſtos uiros. Vbi alij linguas cōprimūt, nobis effutiendū non eſt. O. Eſt ne loquendū in locis ſacris? P. Ibi orandū, non fabulandum eſt. O. Non in menſa? P. Tacendū eſt, & edendū, ſolū reſpondendū dum interrogamur. O. Apud honeſtos uiros cur labia ſunt cōprimēda? P. Ab iſtis audiendū eſt, unde prudētiores efficiamur. O. Cur non & loquendū ſimul? P. Iſtos loqui decet q̄ prudētes ſunt, nobis pueris & indoctis tacēdum eſt, quoad melius ſapuerimus: ſic Pythagoras olim ſuos diſcipulos docuit per quinquennium tacere. O. Quæ ſunt illa quæ proferre non licet? P. Iuramenta & mendacia & maledictiones. O. Iuramenta cur dedecent? P. Quia iurare indictum eſt in dei præceptis. O. Maledictiones & execrationes quare prohibentur? P. Peccatuū eſt maledicere hominem dei creaturis. O. Cur peccatū eſt? P. Quia dei creaturam qui deteſtatur, etiā & deum amantem ſuam creaturā offendit. O. Alijs loquētibus, concedetur aut licebit ne & nos uerba proferre? P. Nullius ſunt interūpenda aut impedienda uerba. O. Qua lege rite ſunt uerba noſtra p̄ferenda? P. Tarde, aperte, & ſine titubatione, aut fremitu, & ira. O. Nunq̄ celerrime ſunt dicta pronuncianda? P. Cauendū illud eſt peius angue & cane, nam tū ſæpe repetenda ſunt, ſi intellecta non fuerint.

Colloq. 8. De platearum moribus.

Richardus & Stilpho.

IN platea quō morati erimus? S. Probe, ingreſſu, uoce

& ueſtibus. R. Greſſu quos mores habebimus? S. Tarde ibimus & decore. R. Num gradū ꝓperabimus & gradiemur? S. Iſtud equorū eſt, & canū uenaticorū: hoīm uero pedetēctim ire. R. Si aliquò mittimur allatū quippiã? S. Tum licebit ocius ire, non tamē ac inſanus feſtinare. R. Nunq̃ ne teſtudineo utemur gradus? S. Licet, dū ſenibus, aut ægris cōgredimur. R. Alijs ne de uia cedemus? S. Vtiq̃, decet iuuenem cedere in uia cuilibet ſeniori. R. Quid ſi alios in uia comitabimur? S. Nos pueri ipſos in uia ſequemur in pedes. R. A latere ſi ipſis ire cogemur q̃d faciemus? S. Ibimus à ſiniſtro. R. Semp ne in ſiniſtro? S. Si paries uel murus in ſiniſtro fuerit, nos à dextro ambulabimus. R. Eſt tum latus ſiniſtrū dignius dextro, ſi murū aut parietē habebit? S. Sic, nã ita cōis habet conſuetudo. R. Erga prætercūtes aut obuios in uia, qūo nos habebimus? S. Ipſis de uia cedemus, & caput aperiemus. R. Denudabimus caput ſingulis? S. Dignis, doctis ſacerdotib. & magiſtratib. R. Magiſtratus quos uocas? S. Illos q̃ habent officia dignitatū, ut Senatores uel Præfecti. R. Voce quos mores ſequemur aut obſeruabimus? S. Non cantabimus, non clamabimus, neq̃ ſibilabimus, ſed tacite ibimus. R. Nō colloquemur cōgrediēti? S. Licebit ſed abſq̃ riſu nimio, & malo geſtu manuū aut uocis. R. Colloquemur ne & obuiã factis? S. Etiam, ſed paucis, & deinde progredi debemus, non itineri aut plateæ immorari. R. In ueſtibus qs erit ornatus? S. Ambulando uel eundo ueſtem manu attollas à tergo, ſi lutoſum fuerit. R. Quid ſi habuero ſimbriã limoſam uel calceos lutoſos? S. Purges anteq̃ domū

mū exeas. R. Lubrica ſi fuerit uia quo loco ibo? S. Vbi terſius aut ſiccius eſt iter, non medio in luto, ut pueri auiculas ſectantes. Coll. 9. De templi moribus & gymnaſij literarij. Thilmānus, Vdalricus.

IN ædæ ſacra q̄ geſtus ſunt obſeruādi? V. Orandum eſt, genua flectēda, alijs non colloquendū, ſed audiendum, q̄d canatur, aut ſacra contione dicatur. T. Quō eſt orandum? V. Ore & corde. T. Ore orare quid eſt? V. Eſt ſacra uerba proferre, aut cantādo, aut alias dicendo. T. Orare corde q̄d? V. Eſt ex aīo toto precari deū. T. Sed ore & corde ſimul quid eſt? V. Eſt loqui ore, & corde cogitare oris uerba q̄d ſignificēt. T. Orandū ne uſq̄ eſt in tēplo? V. Sub ſermone ſacro audienda ſunt uerba concionatoris. T. Sacrificiū miſſæ dū agitur, orabo ne continue? V. Euangeliū dum canitur tace, & uerba ipſius p̄pende. T. Vtrū præſtat orare uel canere? V. Dicūt q̄ canere, ſed certe utrūq̄ ptū & bonū eſt, ſi è corde deuoto p̄uenerit. T. Vertam ne oculos circūquaq̄? V. Oculos nuſq̄ dirigas, niſi in librū ex quo aut cantis, aut oras, & ad altare ubi ſacrificus celebrat ſacrificium. T. Colloquar ne alijs? V. Chriſtus in Euang. inquit, Domus mea domus orationis eſt, non confabulationis ideo. T. Cōplures tamen in templo deambulāt colloquentes, tanq̄ in foro, aut potoria taberna eſſent. V. Præmiū accipient ab eorum patre diabolo: præſtaret ipſos templum non ingreſſos eſſe. T. In gymnaſio literario quos gerā aut habebo geſtus? V. Obedies præceptori, nulli cōmilitonū iniuriā inferes, ſed diligēter diſces. T. Quō præceptori obediā? V. Fac

quod iubet, omitte quod prohibet. T. Dormiã ne aut garriã sublectione ipsius? V. Schola locus est tacendi & discẽdi, non dormiendi, aut confabulandi. T. Legã ne alio in libro, non auscultãs uerba præceptoris? V. Præstat præceptorem auscultare q̃ libros legere. T. Cur illud præualet? V. Quia uox uiua, teste diuo Hierony. plus incitat, cõmouet, & docet, q̃ multi libri. T. Gymnasiũ exeũdo uel accedẽdo in plateis q decebũt gestus? V. Ibis modeste, non currens, non pũicies lapillis, neq; cursitabis ĩstar uituli loro soluti. T. Istud tamen solent tyrũculi literarij gymnasio emissi. V. Improbi sunt & inobediẽtes, mores ipsorũ imitari noli, sic probius ages. Collo. 10. Sit ne iuueni ludendũ, & q̃d.

Adulphus, Beroaldus.

ASsidebimus semp libris? nunq̃ ne ociabimur? B. Feriandũ est interdũ, non semp iuxta insudandũ literis. A. A lectionibus dũ feriamur, q̃d agemus? B. Colludemus honeste & decẽter. A. Ludi honesti & decẽtes q̃ sunt? B. Ex q̃bus honesti & nõ improbi simus. A. Qui ludi reddũt uel faciunt improbos? B. Vbi lucrũ expectatur à colludente victo. A. Non licet lusorẽ sperare lucrum? B. Non quæstũ pecuniæ. A. Cur? B. Nam ex quæstu illo, auari, fures, & nebulones fiunt. A. Facit pecunia lucrata nos sceleratos et fures? B. Vtiq;, nã & ludendo nos q̃nq; perdimus. A. Ecquid tum? B. Deinde ubi pecunia carebimus, furarum ubi possumus. A. Sin semper lucraremur, prodesset ne tum ludere? B. Istud fieri non solet: nam ludus sicuti & fortuna, mutabilis est, æque tamen scelesti fieremus. A. Qui hoc? B.

Lu

Lucrari nos delectaret, & ideo sæpe iniquæ luderemus, solū ut lucraremur. A. Est is scelestus, qui suo cōmodo alium fallit? B. Per Herculē nō solū scelestus, sed sceleratissimus. Nā pessimus ille est, q̄ cū alterius incōmodo, suū auget commodū. A. Doceas me q̄ ludi sint amplectendi. B. Illi unde cōmodū accipimus uerū, bonū & honestum. A. Age quod commodū putas? B. Corporis, honoris, & scientiæ. A. Qui ludi cōmodāt corpori? B. Inuicē modeste salire, luctari, & dimicare. A. Nū etiā & natare ut olim solebāt Romanorū pueri? B. Natare periculosum est, nā sæpe natātes submerguntur. A. Honorē q̄ ludi præbēt? B. Vbi victor nihil æris uel spoliorū consequitur. A. Amabo qui isti sunt? B. Dum certatur quis in uirtute, uel scientia, ac prudentia excellat. A. Scientia qui ludi afferunt? B. Cum certamen sumitur q̄s copiosius scientia p̄fecerit. A. Nunq̄ ne licebit globulis missilibus p̄ pollices colludere & ligulas deponere? E. Nō, quia uulgo dicitur, à ligulis ad nūmulos deuenitur. A. Si alacres aīo, & audes, tecū in palestrā descendā, uter sit doctior. B. Nihil recusabo, neq̄ hastam abīciam, sed lubens suscipiam.

Colloquium. 11.

Sit ne iuueni nimio indulgendum somno.

Claudianus & Damianus.

O Tu Epimenides & dormientiū patrone. D. Pigritiæ quid me insimulas? C. Quia Endimion es. D. In quos? C. Dormiendo assidue, & sæpius q̄ uigilas. D. Dormire natura exigit, ob id uituperandus nō sum. C. Nimius somnus laudandus non est, neq̄ iuuenē studiosum decet. D. Cur

minus

minus decet? C. Pigritiâ arguit, quæ omni modo fugienda. D. Corpus lassum somno reficere oportet. C. Corpus fessum non eget diutino somno. D. Quanto somno opus esse credis? C. Eruditi dicunt ꝙ septem horarum sufficiat naturæ. D. Hui? nõ decẽ uel duodecim? C. Diutius q̃ stertunt, glyres sunt somniculosi qui dormiendo pingue ſcunt. D. Si saginarer dormiendo, uellẽ subinde somno me dare si quãdo esurirem. C. Iuueni literas discenti fugienda est somnolẽtia. D. Admiror causam. C. Plutarchus inquit, duos esse morbos scientiæ, scilicet somnum & laborẽ. D. Somnolentia quõ est morbus scientiæ, siue labor ipse? C. Quia somnolentia & labor iuuenem ad discendũ faciunt ineptũ, & quod ea quæ sciuit obliuiscitur. D. Obliuiscemur scientiæ uel scientiâ per nimiam somnolentiâ? C. Vtiq; nimio somno debilitatur homo, & quandoq; animæ uires amittuntur. D. Mirũ qd̃ audio, sed ægre credo. C. Dubitas? non uides ꝙ somnolentis intra caput sese oculi sæpe recondũt? D. Fieret istud p assiduã dormitionẽ? C. Nunq̃ audisti dici: iste oculos capite edormit. D. Si creber somnus usque adeo incommodat, tũ post hac ipso parcius utar. Tũ cõsules tuæ sanitati et scitiæ si feceris. D. Conabor p Castorẽ & Pollucẽ.

Colloquium duodecimum.

Mundum amictu debere esse iuuenem.

Erasmus & Fabianus.

TV sus ut incedis. F. Cur suem me uocas? E. Ingrederis ac sus è uolutabro progrediens. F. In luto tamen supinus non iacui. E. Sed fimbriâ uectis geris limosissimam, ac mag

ac mas caprarũ caudam ſordidatã. F. Pluuioſo aère ſic ueſtes inquinantur. E. Fimbria cœnoſa purganda et abſtergenda eſt, ac exiccanda ad ſolẽ uel ignem. F. Poſtq; aruerit excutiã puluerem. E. Ibis tũ interim inſtar capri cauda cõtaminati? F. Imbriũ tpe dedecori paruo eſt. E. Ad ignẽ domi, uel ad ſolẽ exicca. F. Quid ſi ignẽ non habuero, aut ſol nõ ſplenduerit? E. Tũ nocte in aĉra uel pticam ſuſpende ut exareſcat. F. Faciã, & q̃d ultra? E. Tunicam habeas ſemp in pectore cõplicatã, ne nudũ conſpiciatur pectus. F. Nunq̃ pectus denudabo? E. Non, nam id inhoneſtarũ mulierũ & ebrioſorũ eſt ſedere pectore nudo. F. Doceas me reliqua. E. Non contamines ueſtem ſorde aliqua. F. Mundabo ne manus ad indumentum? E. Tum porcus immũdus appareres. F. Eſſem ideo ſus, ſi pallio impinguato ut cocus incederem? E. Suum & porcorũ eſt immundũ eſſe, iuuenẽ decet mundities ubiq;. F. Quid ſi caligæ fuerint ruptæ, uel calcei detriti? E. Fac ipſa reſarciri. F. Nudis ne cruribus ibo? E. Id puellas, non maſculos decet. F. Sin nimius fuerit æſtus? E. Exue caligas laneas, indue lineas ſi habes. F. Belle dicis ſi habuero. E. Capillis inſup pexis, manibus lotis, ac unguibus abſciſſis uide ut ſis. F. Sæpe mihi pecten deeſt, aqua, ac culter quo ungues præſcindam. E. Digitis utcũq; ornes crines, ſi pectine cares. F. Aqua ſi careo ubi manus abluam? E. Fontem uel fluuium pete, ibidẽ manus & faciem munda? E. Etiam ne & faciem? E. Vtiq;, alias appareres ac ſi ex Lintre ediſſes. F. Vngues ubi præſcindã cultro deficiẽte? E. Ab alijs mutuũ ſume. F. Præterea quid? E. Naſum à ſtilla, & mu-

core purga. F. Ecqd insuper? E. Caput & uestes à uermibus cõserua. F. Vermium morsus ferre nequeo. E. Nasum manica non absterges. F. Quo tũ, cũ pãniculo emunctoreo egeo? E. Tunicæ fimbria inuersa, ipsum emunge. F. Mucum nasi quo proijciã? E. Terrã uersus, & pedibus contere. F. Ecqd ultimo? E. Labora in toto tuo corpore ac uestitu nihil sordidi & immũdi appareat. F. Sollicitus ero, gratusq; tuæ instructioni. Colloquium. 13.

Conandũ ne imperitiores alijs maneamus, & indies esse lineã ducendã. Gregorius & Petrus.

VT sedet asellus iste. P. Quis tibi sũ asinus? G. Quia scientia non ꝓgrederis, semꝑ iuxta indoctus manes. P. Tua qd refert? G. Miror an non pudeat te. P. Nõ, quid mihi cũ scientia? G. Stulte qd faris, aspernaris literas? P. Nõ prorsus reijcio, sed parũ me delectãt. G. Asinus ne mauis q̃ eruditus esse? P. Eruditũ me esse uellẽ, sed laboris plurimũ tædet. G. Per Herculẽ à labore nauseans peritus euadet nunq̃. P. Si nosti, doceas me facilem operã discẽdi literas. G. Si obsecundare uelis facerem periculum an possem. P. Obediã diligẽtissime. G. Indies fac lineam ducas. P. Lineã ducere quid est, non intelligo. G. Est aliquantulũ laborare uel profectum facere. P. In scientia qũo ducã lineam? G. Quotidie aliquid discendo, etiam unã solam dictionem uel orationẽ. P. Iuuaret illud ad doctrinam consequendã? G. Si per annũ feceris, uidebis te doctiorem euasisse. P. Quid oĩa cuiuslibet diei excerpta, possem memoriæ cõseruare? G. Librũ habebis rapiariũ, in quẽ scribes quod quolibet discendie.

die. P. Facia ſedulo. G. Vitiū eſt adoleſcere & ignarū manere, alijs progredientibus ſciẽtia. P. Scio uitiū eſſe & dedecus, ſi euitare potuero. G. Belle uitabis, ſi indies lineam duxeris. P. Non ſemp mihi uacat p negotia. G. Vno die neglectū, alio id recompenſa, & feruidius diſcas. P. Quō recompenſarẽ? G. Diligẽtius diſcẽdo, ut q diu eſurijt auidius comedit. P. Memor ero tuæ monitionis, grām habeo.

Colloq. 14. Fugienda eſſe mala conſortia.

Lucas & Matthias.

TV probus timeo efficieris nunq̃. M. Vnde id conijcis? L. Scio nebulo & ſcurra fies. M. Noſti diuinare quales futuri ſint hoīes? L. Tantū compertū habeo de te, p uirtutẽ conſequeris nunq̃. M. Exploratum unde habes? L. Ex moribus tuis iniquis, & uita improba. M. Quæ iſta mea eſt uita improba? L. Improbis cōuiuis, ideo & improbus fies, ſemperq; ipſe manebis. M. Quibus improbis cōuerſor? L. Luſoribus, bibulis, ocioſis, mendacibus, aucupibus, piſcantibus, columbas capientibus, & qui parẽtibus non auſcultant. M. Fierem ideo & ego ipſis aſſimilis? L. Vtiq;, nam in ore omniū eſt: Talem quemq; fieri, qualibus eſt familiaris. M. Adſum eis ſpectator, nunq̃ colludo, uel admodum raro, ita magnus me iuuet Apollo. L. Fuge bibulos Cereuiſiarios, uel uinarios. M. Quid ais, non compotarem ſocijs interdum? L. Bibuli ſibijpſis uitam adimunt, ac numos prodigunt. M. Attamen corpus iuuant & ſeſe exhilarant. L. Vita ociantes ſemper, & nunq̃ libros ſalutantes. M. Lubens & ego deambulo, dum iucūda et blandiẽs eſt aura. L.

Ocio-

Ociando multi perierũt, fures & pauperes facti sunt. M. Quid audio? L. Caue tibi ab aucupibus. M. Cur ab illis, cũ mihi sint electi & familiares? L. Aucupia passim sequuntur, & tandẽ circumforanei fiũt hoĩes. M. Nosco, ꝙ cursitant sursum deorsumq;, iã captũ aues, nunc nidos auium quæsitũ. L. Absis à piscãtibus, qui ad amne? ut claudus ille sutor ad amnẽ sæpe desident. M. Quãobrem illos uitabo? L. Efficiũtur hoĩes delicati, & prodigi, ex lauto piscium esu. M. Scio aliquot eorũ paulato esse admodũ morosos. L. Cõmertij tibi nihil sit cũ inobedictibus, & parctibus ac præceptoribus reluctantibus. M. Iubes & illos me fugere? quid mihi de ipsorũ inobedientia? L. Parctibus & præceptoribus inobedientes plerũq; lictoris incidunt manus, ideo eos fuge, ne simul cũ ipsis morte pereas. M. Cautus ero, istaq; mortuo & surdo aut parieti dixisse non debes.

Coll. 15. Mendacia, furtum, cõmutatio etiã minima, fugiẽda esse. Nicolaus, Poliãder.

ABi à me sceleste. P. Cur me repellis? N. Lepra infectus es. P. Id deus auertat, corpore tñ mundus sum. N. Triplicẽ geris leprã & pessimã. P. Exprime quæ sit mihi lepra, aut pugnos edes affatim. N. Mentiris, furaris, & cũ alijs res tuas cõmutare soles. P. Vbi mẽdacẽ me reperisti, aut furẽ? N. Sæpius mentiris q̃ uera loqueris. P. Mentior subinde, saltẽ ut pugnos & plagas euadam. N. Fugiendũ est mendacium ac uenenũ. P. Nequaq̃, uenenũ interfecit, sed non mendaciũ: illud multos liberat à malis imminentibus. N. Scriptum est, Os quod mentitur occidit

occidit aĩam. P. Occidit aĩam? tũ posthac cauebo & uitabo ipsũ. N. Etiã & furari desine. P. Insimulas tu me furti? N. O quoties domi panem, numos, uel aliud subduxisti, & tuis eõtulisti cõmilitonibus? P. Inficias nõ eo, interdũ parẽtibus nõnihil abstuli, & alijs impartiui. N. Gratis ne & immune das ipsis? P. Non, sed aliud pro uices reddũt ipsi. N. Cõmutationẽ istam fuge, alias homo frugi fies nunq̃. P. Istud cõmutare tamẽ nihil aliud est, q̃ cũ amico negotiari ut assolẽt negotiatores. N. Parit aũt nebulones, & fures, ac scelestos temporis pgressu. P. Nebulones & fures, miror quo modo? N. Assuescunt clam surripere, & alios fallere. P. In quo deripere discunt? N. Cupiũt semper à socijs quid melius q̃ ipsi dederũt. P. Quo modo tũ fures fiunt? N. Consuescunt aliena expetere & rapere. P. Fierent ideo fures? N. Vtiq; aliena si nequeũt beneuole consequi, clam furantur & clepunt. P. Verisimile dicis, nunc eas abijciã nugas. N. Sic facito, & ad frugem pficies meliorẽ. P. Efficiam per Herculem, per q̃ ipsam Palladẽ sapiẽtiæ deam.

Coll. 16. Piscationẽ & aucupia fugienda esse, quæ literarũ morãtur studia. Rudolphus, Strobylus.

IN literis emerges quando gallinæ uerrere mutabunt. S. Istud tu nosti, nam uates es? R. Illo nihil est certius. S. Spero me adhuc sciẽtia te assecuturum. R. Tum te istam inuertere oporteret pellem, & mentem. S. Excoriare ne? R. Non, sed q̃bus præditus es mores immutare te oportet. S. Quos æstimas mores? A. Piscari, aues captare, & alere. S. Istæ meæ sunt delitiæ. R. Huiusmodi delitium fugi-

endum est literas sequenti. S. Aeque schola inuiso lectiones auditū. R. At domi libros nō uersas legēdo. S. Studerē assidue? laxamento opus est. R. In gymnasio audita, domi ruminares. S. Piscari, & aues psequi, me plus iuuat. R. Tū doctus efficieris post longū annū Platonis. S. Satis in gymnasio audio, & disco phoras cōpluscula. R. Audire non commodat nisi ruminare addatur. S. Demū rediens fessus sum, tū auiculis animū paululū oblecto. R. Piscaris etiam sæpiuscule? S. Dū licet p negotia, & lectiones. R. Hamo, an arundine? S. Arundine, & acui uermiculū indo. R. Capis pisces uermiculis? S. Sic facio, nam manibus prēdere nequeo. R. Alis ne uel pascis domi colūbas? S. Educo tria paria. R. Conclamatū est de tuo in literis pfectu. S. Impediret istud meū pgressum in scientia? R. Maxime: uulgatum namq; dicteriū est, p pisces & aues multos perijsse literarū tyrūculos. S. Adhibes isti dicto fidē? R. Ah cōpertū in pluribus uerissimū. S. Fallet in me certissime. R. Timeo p uero uerius fiet. S. Vnde eam coniecturā facis? R. Nā quicquid agis, ubicunq; es, cogitas pisces & aues. S. Fateor, i'la mea semp occupāt mentē. R. Illa ubi mentē possident, literarū est neglectus, ideo ipsa mitte, & solos amplectere libros. S. Curabo quoad uiribus totis potuero & ingenio.

Coll. 17. De moribus dum mane à cubitu resurgitur.

Theodorus & Vincentius.

TV bestia es, non homo. V. Sum bestia? hactemus tamē fui homo. T. Bestia rursum dico, homo minime. V. Istud fac probes, aut tuis labijs pugnos impingam. T. Mo-

res canū gestas, non hoīm. V. Quando, uel quare? latrare tamen aut ossa rodere non soleo. T. Surgendo ē lecto, neq; oras, neq; cruce te signas, sic & canis mdū exit tepiaū. V. Ades tu semper mihi, quod nosti quo ritu me è lecto corrigiā? T. Video chreberrime. V. Interdū obluiscor, dū induendo festino. T. Assuetus si eßes, non obliuiscereris. V. Faciā ut assuescā. T. Insuper et te nō comis, sed suis instar incedis. V. Ornandi modū mihi tradas. T. Capillos pecteres, ne apparēt ac si à felibus essent linguis tractati. V. Pectine quandoq; careo. T. Manus ablueres. V. Nequeo interdum ob acre frigus. Th. Modicæ aquæ frigiditas te non enecaret. Insuper faciem sincera lympha polires, & oculos à somno. V. Sincera lympha mihi non semper in prōptu est. T. Caligas umceres fascia, ne sic pendulæ essent, ac si postico essent madefacte. V. Careo fascijs, & precari abhorreo T. Calceos à limo detergeres. V. Tædet me illius quotidie. T. Tunicæ limosam fimbriā abstergeres. V. Non semper est arida, & digitis dolet illud detergere. T. Atramētario inderes atramentum, & calamario pēnas, ne in schola esses miles inermis. V. Non nunq; neq; atramentū, neq; & calamos habeo, tātū scribēdo prodigo & contero. T. Parētibus, præceptoribus & alijs notis precareris condidū diem. V. Istud soleo, non opus est ut moneas. T. Oratione dñica & Angelica salutares Deū, eiusq; sanctissimā matrē Mariā, ut in discēdo posses progredi. V. Eundo p templū istud ipsum facio, & dū uacat. T. Ageres una oratione dominica Deo gratiā, q ea nocte te incolumē seruauit. V. Curabo strenue.

T. Qualibet hora ante lectionē audiendā à præceptore, fac pauliſper ores, tum felicius diſces. V. Tedioſum eſt crebro orare. T. Vnā aut alteram orationē angelicā ſaltem. V. Id citius dicto efficiā. T. Quouſcunq; tibi nūc prædixi imitandos geſtus, eos imitare oro & conſulo. V. Faciam te compotem uoti, conaborq; is effici, quē me cupis.

Collo. 18. De moribus dum ueſperi cubitū itur.

Alexius & Bernardus.

QVi tibi ſunt mores dū ſomno te cōmittis? B. Exuo me, & lectū ingrediens dormire incipio. A. Non ſecus te geris? B. Quos alios habere ritus, canere, aut ſalire? A. Mores Chriſtiano hoīe dignos. B. Qui illi ſunt? A. Orare, pœnitere, & Deo te reconciliare. B. Quid orabo? A. Aliquot orationes dominicas, & ſalutationes angelicas. B. Illarū quot recenſeam? A. Adminus. 5. in laudem quinq; uulnerū Chriſti. B. Quō pœnitere debeo? A. Duos hos uerſiculos dicas. B. Quos? age enarra. A. Peccaui fateor, poſtponā, atq; deinde fatebor. B. Secundas ſiue alterqs eſt? A. Atq; ſatis faciā, dū iubet eccleſia. B. Quādo eccleſia iubet, pro peccatis ſatis facere? A. Paſchatis tpe, & diebus quadrageſimæ. B. Poſt iſtos uerſus qd orabo? A. Orationē dominicā, angelicā ſalutationē, & ſymbolū Apoſtolorū. B. Ecqd poſtea? A. Agas gratiā deo, q eo te die incolumen ſeruauit, et ut ſic ea nocte te ſeruet, exopta. B. Sine negocio iſta memoriæ recondita tenebo. A. Sed noſti qūo Deo te cōmittes? B. Nō admodū docte & bene. A. Te totū, ſiue uigiles, ſiue dormias, ī ipſius manus, et poteſtatē trade.

B.

B. Quid tum dicam? A. O Deus me tibi trado & cõmitto, quàtus quantus ſum corpore & anima, uigilantẽ & dormientem, tu mecũ age quod tuæ ſanctæ uolũtati placet, ſaltem prius pœnitere me ſinas pro peccatis à me cõmiſſis. B. Indormire uolens, quo modo me collocabo in lectũ? A. Incumbe dextro lateri, ac brachijs ut cruce pectus munias. B. Cur non lateri ſiniſtro? A. Multos illud interemit dormiendo. B. Quo modo? A. Sanguis alluit pectus in ſiniſtro latere ſitũ, & tandẽ interficit. B. His factis licebit tũ ut dormiã, & ſomnũ capiã? A. Licebit, Deo ꝓpicio & auſpice.

Collo. 19. De moribus dũ honeſtiori colloquuntur iuuenes. Crato & Demoſthenes.

NOſti quos mores apud honeſtos uiros habere decet? D. Ignoro, tu ipſos mihi recẽſe. C. Iuuenem nil adeo decorat, q̃ apud alios ꝓbi mores. D. Idcirco eos dicito, ipſe addiſcã. C. Oportet & uerbis & corporis geſtu ornatum eſſe. D. In uerbis quæ erit honeſtas? C. Prouide ut reſpondeamus interrogantibus. D. Nil nos ſciſcitabimur? C. Silere decet iuuenẽ, ac ad interrogata reſpõdere. D. Quid ſi neſciero id, de quo ĩterrogor? C. Tũ modeſte dicas te illius eſſe neſciũ. D. Sin ſciero quæſitũ? C. Reſponde q̃d noſti, mẽtiri caue. D. Alterius infamiã ſi q̃s me interrogat? C. Honeſte dic te iſtud latere, aliũ ut quærat. D. Etiã ſi id compertum habuero? C. Præſtat alterius infamiã cælare, q̃ manifeſtare D. Habebo & mores certos in corporis geſtu? C. Quid ni, corpore eris modeſtiſsimus. D. Amabo, dic qui? C. Lingua, manibus, pedibus, capite & ueſtibus. D. Lingua qũo? C. Vt

exprimas uerba apte, & tarde, modeſte, & uere. D. Manibus q̃ me habebo? C. Eas teneas quietas, neq; cũ illis geſtias inſtar ioculatoris. D. Pedibus? C. Ipſos de loco nõ moueas, nec iã eleuans, iam rurſum terræ defigas, ut bos calcitrans. D. Habebo tum pedes ſemp̃ quietos? C. Honeſtius eſt id, q̃ ſi ſtares ac trepidare uelis. D. Capite quos geſtus habebo? C. Non hinc inde faciẽ uertes, ſed eũ ſolum aſpicies q̃ tibi loq̃tur. D. Veſtibus meis q̃s decor erit? C. Cauebis ne indecore pendeãt. D. Quãdo ſine dedecore pẽdebũt? C. Dũ a tergo nimiũ de collo uergunt ad pedes. D. Quid tũ faciã? C. Attrabes ipſas uerſus occiput. D. Habebo ne tunicæ manicã ori præpoſitã, dum reſpondeo? C. Minime, ſed ore libero loqui debes, nõ obtecto. D. Ludã ne ueſtis manica? C. Pueri et ſtulti iſtud ſolent. D. Si fimbria tunicæ fuerit limoſa, excutiã ne puluerem? C. Dum ſolus fueris, nõ in cõſpectu tibi loquẽtis. D. Quõ digrediar poſt colloquiũ? C. Abiens uale dicas ipſi. D. At quibus uerbis? C. Dices, uale in proximum cõgreſſum noſtrũ, mihi abeundũ eſt. D. Nõ dicã: uale in proximum reuiſum, utinã uulgo multi loquũtur? C. Nõ, quia barbariſmũ eſt, & in hara porcorũ, aut in aliqua culina pingui natũ, ſed dic ut iam te docui. D. Vale igitur et tu, modo mihi diſcedendum eſt, nã alio me uocant negocia.

Colloquium 20.

De moribus, quos domi apud parentes habere debeant filij. Ericius & Glareanus.

QVi fit, quod parentes tui ſemper tecum rixantur? G. Vnde id tu noſti? E. Corruptum & perditum filium

filiũ scio te nuncupãt. G. Morosi sunt, quicquid ago offendũtur. E. Si te gereres, ut decet, fortassis ne uerbulo te obiurgarent. G. Ignoro q̃ me habere, ut iram ipsorũ fugere. E. Ita te habeas, ut ipsi præcipiunt & mandãt. G. Hoc soleo, nihilominus nihil mereor gratiæ. E. Prescribã tibi qualis apud ipsos sis, si amplecti & sequi uis monita mea. G. Ac lubẽs capessam. E. Ipsis fac inseruias obedias, ipsos audias, honores, ac precare interdum. G. Doceas me, talis ut fiam. E. Domi quicq̃d facere potes, facito, & parentibus laborem leuato. G. Non expectabo quoad iusserint me? E. Non, sed sponte accurre, ac te id ipsum expediturũ dicito, ut ipsi quiescant. G. Si tum quãdoq̃ ægre ferrent obsequium meũ ultroneũ, & pugnis me cõtunderent? E. Istos boni cõsulas. G. Per Pollucẽ nil magis odi q̃ uerbera. E. Tum cauc ne ipsa merearis. G. Vltra q̃d mãdas? E. Volẽs & cito q̃cq̃d iubent exequere, & te si quo mittunt, uelox redi. G. Nõ interdũ obmurmurabo, uel obliqua eos aspicia facie? E. Minime, citius dentibus præmordeas linguam. G. Istud dolere solet. E. Præstat illum dolorẽ ferre, q̃ parẽtibus irasci. G. Exequar tum parentũ iussa, sermone, hilari aĩo, & fronte? E. Sic facies, si obediens uis haberi filius. G. Obediam ne parentibus in oĩbus? E. In oĩbus honestis & bonis. G. In quibus ipsis nõ auscultabo? E. Si forte q̃nq̃ te iusserint alĩs nocere ex ira uel odio. G. Non tum ipsis obtemperabo? E. Minime, etiam si quid mandauerint tibi q̃d peccatum esse scires, & cõtra deum. G. Parentes quomodo audiã? E. Vbi uocauerint te, ilico ac alacris auicula exurge, & accurre.

G. Ecq̃d tũ dicã? E. Adſum mi parẽtes, q̃d eſt q̃d me uultis? G. Nõ ſinã me uocari ſemel aut iterũ? E. Scelus eſt graue, ſi iere ad parentũ uerba, uel uocationẽ. H. Honorare parentes qũo debeo? E. Verbis & geſtibus corporis. G. Verbis quo modo? E. Alloquẽdo, uel reſpondẽdo ſemp blandus ſis, & ipſis honorẽ exhibe. G. Ipſos honorare uerbis, doceas me. E. Patri dices, mi pater dilecte. G. Quid matri? E. Mea dilecta mater. G. Ambobus ſimul q̃d? E. Mi dilecti parentes. G. Addã ſemp dilecte, dũ ipſis loquor uel reſpondeo? E. Omittere iſtud nõ decet. G. Geſtibus q̃ honorabo eos? E. Ipſos accendo, uel eis reſpondẽdo, caput aperias, & genua flectas. G. Nudabo caput uſq; apud ipſos? E. Quid ni? honor tibi erit maior q̃ ipſis. G. Erit honor meus, & non ipſorum? E. Etiã nam puerbiũ eſt: honor eſt in honorãte, non in honorato. G. Quid ſi operto capite eis loquerer? E. Eſſes bellus aſinus ſine moribus. G. Quõ precabor ipſos? E. Duabus uicibus. G. Primo? E. Nihil facias, uel nuſ q̃ greſſum dirigas quin copiã ab ipſis petas. G. Si uellem cõmilitones meos cõuenire colludendi cauſa, dũ ociamur à lectionibus? E. Caue limen tranſcẽdas, niſi parentes rogaueris copiã. G. Secundo? E. Mane ſurgendo, ipſis candidũ precare diẽ. G. Id ſoleo: q̃d amplius? E. Veſperi eũdo cubitũ, felicẽ illis ex opta noctẽ. G. Aſſuetus ſum & id agere: q̃d ultra mihi ab ipſis precandũ, uel ipſis optandũ? E. Dũ ſternutãt, uel tuſſiunt, uel oſcitãt, dicas tu: proſit, uel, ſeruet te deus. G. Præterea nihil? E. Indies ora deũ ut parentes tibi ſaluos ſeruet. G. Idipſum facio ſtrenue. E. Talem igitur te

gere,

gere, uidebis parẽtes tibi fore benigniores. G. Laborabo ad uires, tibi huius instructionis sit gratia. Coll. 21.

De moribus sequendo patrem, præceptorẽ, uel aliũ honestũ uirũ per plateas. Henricus, Lambertus.

SCis q mores sint habẽdi, dum aliquẽ ut pedissequi sequimur in uia? L. Certe ignoro, nã rudis sus Bœotica adhuc moribus sum. H. Verus es porcus Bœoticus (ut ais) si istud te latet. L. Fugit me prorsus ac hebetem anserẽ. H. Cõmoda mihi operã auriũ docebo. L. Nihil faciã lubẽtius. H. Septẽ sunt præcipui tenẽdi mores illi iuueni, q alteri est pedissequus. L. Primum qđ est? H. Prope illũ sequatur in pedes, non longius q̃ ad spaciũ unius passus abesse à præcedente hero debet. L. Neq; ꝓpius & ꝓpinquius? H. Propius non decet, quia tũ forte calceos pessundaret, quo nihil est indecẽtius. L. Secundũ qd est? H. Non circũspiciat, neq; respiciat. L. Quo tũ oculos uertet? H. Iu eum quẽ sequitur. L. Circũspicere cur minus licet? H. Id nãq; stultorum est. L. Cur non respicere? H. Illud est scortorũ & nebulonũ. L. Quare? H. Illi ad sibilum uel clamorẽ respicere solent. L. Tertiũ qd est? H. Alijs astans non maneat, ꝙ is quẽ seqtur solus abeat. L. Si tum alij haberet loqui seria? H. In aliud differas tempus. L. Quartũ? H. Aperiat caput s q̃s dignus honore prætereat. L. Illud nosco, sed oblitus sum nõnunq̃. H. Rusticitatẽ tuã arguit. L. Rusticus in illo sum non diffiteor. H. Fac urbanior fias. L. Quintũ qđ est? H. Si illi loquitur quẽ sequetur, urbanus sit respondendo. L. Vrbanus qũo erit? H. Verbis & gestibus. L. Verbis qũo

H. Appellãdo eũ honoris cognoĩe, ut dicendo Domine præceptor, uel mi pater. L. Factis? H. Caput denudãdo et à latere siniſtro eundo. L. Non à dextro? H. Tum beatus eſſet inculti ſſimus. L. Ibit uſq; à latere? H. Quoad ei loqtur, uel paululũ poſt ipſum, & à latere, uel prope latus. L. Quid? aſpiciet etiã ipſum uertendo faciẽ ad faciẽ? H. Aſpicere licet, tamẽ honeſtius eſt auribus adſerere quid dicat, q̃ aſpiciẽdo intueri ipſum ac feles regẽ. L. Sextum qd eſt? H. Habere ſe debet ad morẽ illius quẽ ſequitur. L. Nõ admodum illud capio. H. Ille ſi ſtat, ſiſtat gradũ, & ipſe ſi pgreditur pcedat quoq;, ſi aliis capite apto honorẽ præbet, faciat & ipſe. L. Sic & ſimiæ ſolẽt mores hoĩm imitari. H. Imitatio illa laudatur, præſertim in iuuene. L. Septimum qd eſt? H. Si uentum fuerit ferme ad locũ quo tendit herus ſuus, præcurrat ipſe. L. Cur præcurreret? H. Domum ut aperiat, ſi clauẽ habeat uel oſtiũ & fores pulſet. L. Præcurrere iſtud quid confert? H. Ad hoc prodeſt, ne herus ante oſtiũ clauſum cogatur diu morari, anteq̃ reſeretur. L. Eſſet illud uitium & dedecus? H. Quid ni? mendicorum eſt ante limen ſiſtere gradũ. L. Dixiſti nunc oĩa obſeruanda? H. Aeſtimo & opinor hæc ferme eſſe quæ præcipi poſſunt. L. Ingenio meo ipſa ut lapidi inſcribã. H. Id facito, ſed uide ut recorderis. L. Operã impendã q̃ poſſum diligentem.

Colloq. 22. De moribus conuiuendi aliis.

Menander & Parmeno.

O Quàm difficile eſt aliis cõuiuere. P. Cur id perſuaſum habes? M. Facillime offenduntur hoĩes, & con-

uictus

uictus rūpitur. P. Ars est non minima, neq; oībus compta posse conuiuere diu alijs. M. Amabo, illius artis me participem facito. P. Ac lubens, tu auscultato lubens & sedulo. M. Diligentius quouis Coricæo arrigā aures. P. Nunc tu interroga, ego ut instructus respondebo. M. Quod igitur primū tradis præceptū uolēti alijs conuersari? P. Vt id nolit, quod illi displicet. M. Quare? P. Quia contraria uolūtas parit odiū & dissidium. M. Ecquid amplius? P. Consentiat studio & negotio aliorū. M. Non aliud aget q̄ cæteri? P. Nō, nā studij diuersitas inuidiam generat. M. Tertio? P. Tēpori & loco seruiat, et Polypi mētem habeat. M. Præterea qd? P. Nihil faciat, nunq̄ qd alijs cōmodet. M. An ne & sua quæret cōmoda? P. Aliorū magis q̄ sua curare debet. M. Tamē uulgo dicitur: oēs sibi melius malle q̄ alteri. P. Verū est, sed qui hoc solent, facile displicent amicis. M. Lædet ne interdū alios uerbis, uel facto iocoso? P. Istud caueat ac anguem. M. Qui hoc? P. Nam multi ioco factū, serio accipiunt. M. Nūq̄ ioco irritabit amicū? P. Licebit, si tēpus fert, et alius si boni consulit. M. Amicorū dicteria tamē feruntur æquo aīo. P. Non semper, neq; ubiq;, neq; ab oībus. M. Apud quos fruetur uerborū licentia? P. Apud eos, quos intus & in cute noscit ioco capi. M. Si homo est delitijs gaudēs, fas ne erit apud ipsum ludere uerbis? P. Non sp, sed tpis & loci habeat rationē. M. Quomodo? P. Aduertat an læto animo sit amicus, & an conueniat per præsentes. M. Amico tristanti & perturbato, qd aget ipsi? P. Tristetur cum tristi, gaudeat cum gaudēte & hilari. M.

In for-

In fortuna prosperâ? P. Congratuletur ei felicitatem. M. In aduersâ? P. Cõdoleat, & si potest opem ferat. M. Quid si pauperior ipso fuerit? P. Tamẽ uerbis cõsoletur, & miseriâ animi eius leuet. M. Insuper qd faciet? P. Dãti sit gratus. M. Gratus qũo erit? P. Plus reddat q̃ acceperit. M. Quid si per inopiâ non poterit? P. Eo diligẽtius uerbis agat gratias. M. Attamen uerba (ut fertur) parũ conferunt. P. Ostendũt aũt animũ gratum. M. Gratus quãdo esse debet? P. Quãprimũ potuerit, nõ expectet dum rogetur. M. Quid præterea aget? P. De absenti nil loquatur, quin corã audeat. M. Delinquentẽ ne corriget? P. Castigare decet aberrantem, sed parce. M. Palam uel clã? P. Clã audentius, sed palam modestius. M. Plura ne alia obseruabit? P. In omni facto & uerbo caueat, ne qd nimis agat. M. Elato ne erit ãio seipsum efferẽdo? P. Cauebit sese anteferre alijs. M. In obsequio alteri exhibendo qũo sese habebit? P. Lubens & sponte, ac ultro alijs obsequiũ præstet. M. Obsequiũ præstitũ alijs quid confert? P. Terent. inqt: Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit. M. Quot leges amicitiæ et familiaritatis ponit Cicero? P. Duas. M. Prima? P. Ab amicis honesta petamus & ipsorũ causa honesta faciamus. M. Secũda? P. Ab amicis turpia non rogemus, neq; propter ipsos turpia faciamus.

Colloquium 23.

De fidei Christiani seminibus. Rutgerus Saulus.

CHristianus homo qd est? S. Qui credit fidem Christianã, uel in Deũ Christianorũ. R. Et quid tum credet? S. Symbolũ Apostolorũ, quod uulgo dicitur Credo.

R. Il-

R. Illius ſymboli quot ſunt partes? S. Duodecim, nã quis⁹ Apoſtolus partẽ unã addidit. R. Non habet ipſum credo plures articulos q̃ duodecim? S. Non, ſi rite fuerit diuiſum. R. Nihil præter iſta credere oportet? S. Oĩa credenda in ſymbolo illo continẽtur. R. In quẽ eſt fides dirigenda? S. In Deũ. R. In Deũ? q̃d uel quẽ hoĩes uocant Deũ? S. Eum qui creauit cœlũ & terram, & oĩa quæ in eis ſunt. R. Creauit cœlũ & terram? S. Vtiq;, ſic Moyſes ſcripſit in Geneſi. R. Quãdo, uel ante quot annos? S. Ni fallor, ante Chriſti natiuitatẽ creatus fuit mũdus, p̃ quinquies mille & quadringentos annos. R. Eſt ne tantum unus Deus? S. Eſt unus in eſſentia uel Deitate. R. Tamen dicitur Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus, ergo tres ſunt. S. Sunt tres in perſonis, ſed unus in eſſentia. R. Deus ipſe quid boni largitur uel præſtat hoĩbus? S. Premiũ dat bonis, et malis ſuppliciũ. R. Nuſq̃ ne Deus eſt niſi in cœlis? S. Imo ubiq; eſt Deus per ſuam potentiã. R. Eſt ubiq;, uidet ne tũ opa noſtra? S. Maxime, nihil tam occulte facimus quin uideat. R. Si uidet oĩa facta hoĩm, cur tũ nõ corrigit peccatores? S. Expectat an emẽdare uelint uitã. R. Sin aũt ſemp in eodem hæſerint luto peccatorũ? S. Tandẽ grauitate pœne ſuppliciũ recompẽſat. R. Punit tũ grauius, poſt q̃ diu indulſit ipſis? S. Iſtud ipſum multi ſunt expti, & indies experiuntur. R. Bonis q̃d præmij confert? S. Aeternã uitã. R. Nihil præcij hoc in mũdo præbet ipſis? S. Iuuat ipſos multo commodo, nã legitur: Nunq̃ uidi iuſtũ derelictũ. R. Tamen ſæpe quanto ꝓbiores ſunt, tanto infelicius & calamitoſius ipſis ſuccedit. S. Legitur

gitur in ſacris literis: quos diligo, illos caſtigo. R. Cur illos quos diligit caſtigat? S. Vt p felicitatẽ, ſui nõ obliuiſcãtur. R. Obliuiſcũtur Dei q felices ſunt? S. Vtiq, nunq magis recordamur Dei, q miſeriarũ tpe. R. An ato, dic mihi qd boni tandẽ Deus contulit nobis hoĩbus? S. Multa innumera, quibus nõ poſſumus unq ſatis grati eſſe deo ipſi. R. Quæ ſunt? S. Quatuor præcipue. R. Primũ? S. Creauit nos ad ſuam imaginem & uitã rationalẽ. R. Secundũ? S. Nos natos, uiuos cuſtodit & ſaluos. R. Tertiũ? S. Paſcit & alit cibo & potu. R. Quartũ? S. Poſt mortẽ ſi ei ſeruerimus, uitam in cœlo dabit æternã. R. Quõ igitur erimus grati erga Deũ? S. Die noctuq, & in oĩ ope ipſi agendo grãs, ſi non ſp ore, ſaltẽ corde. Coll. 23. Quomodo quis prudẽs effici debeat.

Hermannus & Mathias.

O Tu ſtultorũ oĩm princeps & ſignifer. M. En ſapientum octauus es, & tertius Cato. H. Licet non ſapio, tamen te ſum longe prudẽtior. M. Impartire & mihi quippiã de tua prudentia. H. De mea prudentia q̃libenter, ſi aures mihi cõmodare uis. M. Volo cupidiſſime. H. Sapere ſi uis ſtultitiã depone. M. Stultitiã quid uocas? H. Talem habere mores, quales habent q capite ſunt redimiti cucullis auritis. M. Agit nemo ſtulte q iſti? H. Imo plures alĳ illis ſunt ſimiles, aut etiã ſtultiores. M. Qui illi ſunt? H. Hi qui multa agunt, uerbis & factis imprudenter. M. Imprudenter quõ agitur? H. Si quis loquitur non cõueniens materiæ, præſenti loco, tempori, uel hoĩbus. M. Nullus alius? H. Et qui dicit uerba nocitura aut ſibi, aut alĳs. M. Stulte agere

quid

quid est? H. Stultorū uel puerorū, uel insanorū facere opa. M. Opera illorum qualia sunt? H. Ea quæ cæteri prudētes rideri solent. M. Præterea nulla? H. Etiā & illa quæ nihil frugis sunt allatura, sed nocitura & incommodatura potius. M. Erit tū sapiēs uel prudens, q huiusmodi caret stultitia? H. Habet magnā sapientiæ partē inquit Hora. poeta. M. Quæ tū est pars alia? H. Oīa agere sine uitio. M. Vnde qs istud addiscet? H. Ex doctorū scriptis libris & moribus prudentiū. M. Poteris paucula mihi tradere præcepta? H. Possum, si uis prudens effici, imitare duo. M. Quæ? H. Patere multa, & abstine à uitijs. M. Nosti ne alia? H. Socrates dixit, si sapiēs uis effici, duo serues præcepta. M. Quæ? H. Primū ut taceas, cura secundū ut loq discas. M. Faciliora si potes, mihi præscribas. H. Si sapere uis, qcq̄d in alijs carpis, id tu ne feceris. M. Sine opa istud exequar.

Coll. 24. Quomodo qs uiuere debeat, ut regnū celorū post mortē intret. Theocritus, Vespasianus.

ES tu hō? V. Sum uti q̄, non uides istud? T. Nosti quo migrent hoīes post mortem? V. Credo q̄ ad inferos aut in cœlū. T. Ad inferna q descendunt? V. In uita qui non impleuerūt præcepta dei. T. Hi soli? V. Etiam qui in peccatis mortalibus moriūtur. T. Qui ad tartara descēdunt, liberabūtur etiā à pœnis? V. Nō, sed in æternū cruciantur & sine fine à diabolis, quibus sunt tormentorū socij facti. T. Cœlū qui ingredientur? V. Secundum dei præcepta qui uiuunt in mundo. T. Quæ illa præcepta sunt? V. Duo præcipua, scilicet Declina à malo, & fac bonum. T.

Ama-

A malo qūo homo declinabit? V. Vitando peccata. T. Peccata quæ ſunt? V. Mortalia ſunt ſeptē. T. Quæ? V. Superbia, luxuria, auaritia, ira, gula, inuidia, & accidia. T. Mortalia cur dicta ſunt? V. Quod in æternum condēnantur q̄ in ipſis moriūtur. T. Nulla alia ſunt peccata? V. Prob dolor, multo plura. T. Ecquæ illa? V. Decem præcepta dei, dū non ſeruantur, peccatum cōmittitur. T. Quæ illa præcepta ſunt? V. Vnū crede deū, nec iures uana per ipſum, Sabbata ſanctifices, habeas in honore parentes, Non ſis occiſor, fur, mœchus, teſtis iniquus, Alterius nuptā, nec rem cupias alienam. T. Illa olim puerulus didici. V. Ipſa imple nūc uiuendo deo. T. Bonū q̄n facimus? V. In præceptis dei dū uiuimus. T. Chriſtus interrogatus, quid illi faciēdū eſſet, q̄ regnum cœlorū expeteret, q̄d reſpondit? V. Duo præcepta dedit, ſcilicet Diligere debere deū ex toto corde, mēte, & aīa: & p̄ximū ſuū ſicut ſeipſum. T. Diligere deū q̄d eſt? V. Eſt eius mādata implere corde & opere. T. Proximū amare q̄d eſt? V. Eſt nulli homini iniuriam facere, ſed iuuare egentes & ſuppreſſos. T. Sufficiēt iſta duo præcepta ad uitā æternam acquirendā? V. Tertiū addidit Chriſtus, ut uendamus oīa quæ habemus, & demus p̄auperibus. T. Nihil tū nobis ſeruabimus ſed ſtipem oſtiatim petemus? V. Tu perperam uerba intelligis. T. Tu ipſorū mihi dic ſenſum. V. Id eſt: noli animū tuū applicare diuitijs magis q̄ deo. T. Non tū diuites cœlū intrabūt? V. Chriſtus ait in Euang. p̄ admodum ægre. T. Qui fit, p̄ pauperes citius cœlū conſequētur, q̄ diuites? V. Diuites ob nimium amorē diuitiarū obliuiſcuntur

dei

del. T. Nil aliud ad uitā æternā acquirendā requiritur? V. Adhuc tria, ſcilicet Fides, ſpes, & charitas. T. Quæ iſta erit fides? V. Fides quā nobis Apoſtoli & Euangelium docent. Qualē putas? V. Sperare & cōfidere deo, ſi ipſi ſerui erimus, nos ſaluos in cœlo futuros. T. Charitatē qd appellas? V. Amare deū ſup oīa, & proximum ſicut teipſum. T. Erimus p hoc pfecti? V. Oportet p baptizati ſimus, tum perfecti erimus. V. Vbi id ſcriptū eſt? V. In euang. legitur, qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

Coll. 25. De modo inſeruiēdi hero alicui fideliter.

Antonius & Ioannes.

NOſti q̄d mihi nūc inſtet fortunæ? I. Ignoto tu dicto. A. A libero ſeruus. efficiar. I. Qui hoc? A. Hactenus apud parētes liber (q̄a filius) fui, at nūc ſerui ſubibo quinciā. I. Vbi nā? A. Apud ludi noſtri literarij præfectū uel præceptorē. I. Tū doctus efficieris ſine opa, uelis nolis. A. Vt teſtudo leporē præuertit. I. Legitur de multis, qui conuiuēdo doctis magis q̄uecti ſunt in literis, q̄ q̄ ad horas aliquot audierūt docētes. A. Facile crediderim, nā & aliquos ipſe noui, q̄ loquēdo latine, domeſtico colloquio fiebāt prōptiſſimi. I. Ideo & tu gaudeas, q̄ albis equis cōmorando præceptori, tuos nos cōmilitones olim excelles. A. Etiā gaudeo, ſed ob unū doleo, p ſeruire et ignoro, & aſſuetus nō ſum. I. Cōditionē ſerui frugi tibi facile dicā, ſi eā imbibere & imitari uelles. A. Quo q̄d potuero ipſam non excedā. I. Auſculta, imprimis fac ut præceptoris ingeniū, & domus, aut ſeruitij ſui præſcias cōſuetudinē. A. Eā utcunq̄

noſco quotidiano cõuictu quo apud ipſũ operã literis dedi: quid deinde? I. Præterea tria tibi obſeruanda ſunt ſi probi ſerui munere fungi uis. A. Quæ iſta tria? I. Primũ curabis, ut ſingula in ædibus mũda ſint, ne aduenictium oculis nauſeã afferant. A. Qui id præcauebo? I. Sub inde pauimentũ ſcopis uerres, telas aranearũ depones, lectũ aut lectos mane ſternes, lotiũ aut matulas effundas, pulices eneca. A. Secundũ qd̃ eſt? I. Dño ipſi aut præceptori cui inſeruis ad nutum, & ut decet, fac obſequiũ exhibeas. A. Id q̃ poſſim, aut debeam, precor me doce. I. Conare ut & ueſtes & ſingula q̃bus utitur mũdes, & purges à ſordicie. A. Quæ, & q̃uo? I. Nunq̃ exeat domũ quin et calceos & ueſtiũ fimbriã ipſius à limo deterſeris. A. Quid aliud? I. Plau. in ſuis comœ. paſſim deſcribit ſerui frugi mores & uitã, q̃uo erga herum ſuũ, et in ſeruitio digne ſeſe habere debeat. A. Amabo profer q̃d de officio ſerui Plau. præcipiat. I. In Aulula. inquit eſſe ſerui frugi, ne moræ moleſtiæq̃ impium herile habeat ſibi, nã qui hero ex ſentẽtia ſeruire ſeruus poſtulat, in herũ matura, in ſe ſera cõdecet capeſſere, ſin dormitet, ita dormitet, ut ſeruũ ſe eſſe cogitet. A. Quid præterea? I. In Milite glorioſo ait, hoĩem ſeruũ domitos habere oportet oculos, manus, & orationẽ. A. Qui hoc intelligã? I. Id eſt, non oĩa quæ uidet ab hero, dicere alĩjs, nihil ſurripere, & non oĩa uiſa eloqui. A. Præceptor utetur me q̃ prota quicq̃d uoluerit aut iuſſerit, ero uelociter expediẽdo, q̃ uoluitur rota Ixionis: ſed quid aliud de officio ſerui ſcribit Plautus? I. In Epidico inquit, plus ſcire ſatis q̃ loqui ſeruũ hominem,

ea ſa-

ea ſapientia eſt, & in milite glorioſo, plus oportet ſeruum ſcire q̃ loqui. A. De ſeruis qd aliud habet Plau? I. In Moſtellaria ait: Serui q cũ culpa carẽt, tũ malũ metuũt, Hi ſolẽt eſſe heris utiles, nã qui nihil metuũt poſt q̃ ſunt malum meriti, ſtulta ſibi conſilia expetunt. A. Age dic alia Plautina de ſeruis uerba. I. In Menech. comœdia ait ſpectamen bono ſeruo. i. qui rẽ herilẽ ꝓcurat, uidet, collocat, cogitatq; ut abſente hero diligenter rem curat. Quod uentrẽ oportet potiora eſſe, cui cor eſt modeſte, ſi tũ recordetur id q nihili ſunt, qd his precij detur ab ſuis heris, ignauis, improbis uiris, uerbera ſcilicet, cõpedes, molæ, magna laſſitudo, fames, et frigus durũ, hæc ſunt precia ignauiæ. A. At quæ præmia ſunt ſtrenuis? I. Oĩa cõmoda & bona, nã q fideliter ſeruiunt, in egregios ſæpe uiros á ſuis heris ſunt euecti. A. Ipſi fideliter ſeruiam præceptori, ſi laute & abunde me pauerit cibo. I. Quo cibo paſci cupis? A. Vis ſcire? Plau. in Curculione habet ꝙ hæc ſunt uentri ſtabilimenta, panis, & aſſa bubula, poculũ grande, aula magna, ut ſatis conſilia ſuppetant. Hæc ſi indies quater mihi impartiuerit, frugiero ſeruus. I. Nõ, & piper rugoſum, cũ aſini carne expetis, cũ Colonienſis ſis? A. Iſtius ſatis apud parẽtes domi edam. I. At oportet te ſecũ aſſueſcere Muſice uiuere, aut poetice. i. pce & tenuiter, ne dicã philoſophice. A. Per Herculẽ tum fiam ſeruus fugitiuus, nã in Menechmis habet Plau. ꝙ uincla eſcaria. i. dum ſatis largitur cibi, facile ſeruũ aſſeruant, ſed Diogenica mẽſa fugitiuos facit. I. Credo ꝙ ob tuũ diſceſſum nõ ſit rupturus ſuos ramices. A. At dic uno uerbo quæ

ſeruũ probũ deceãt? I. Tria, ſcz fides, taciturnitas, & uigilãtia. A. Tria illa enuclea, haud cõmode capio. I. Fidelis ſit ſeruus, nil hero ſurripiendo, tacẽdo heri uitia apud alios et ſecreta, eiusq; incõmoda cauẽdo. A. At de uigilãtia doceas me latius. I. Seruus uigil plus q̃ ſomnolentus ſit, poſtremus ueſperi (und: q; domo clauſa, & igne ſopito) cubitũ eat, & mane prius à cubitu reſurgat. A. Præceptorũ tuorũ memor ero, præceptoriq; fideliſſime ſeruiã, Tu monitionis ꝓmagnã habeas gratiã. I. Sic facito, recordareq; neminẽ unq̃ egregiũ & aptũ fieri dominũ, quin prius ſeruus fuerit, ut ſciat imperare famulis. Collo. 26. & ultimum.

Quõ iuuenis aut adoleſcens à parẽtibus miſſus in terrã peregrinã literas & ueritatẽ perceptũ ſeſe habere debeat. Cornelius, Petrus.

OLimẽ paternũ, maternũq; ſalue, ſimul atq; uale, Hũc hodie poſtremũ extollo domo mea Patria pedem. Dij penates uobis mãdo meorũ parentũ rem, bene ut tutemini. Ego mihi alios Deos perſequor, aliũ larẽ, aliã ciuitatẽ. P. Quoquo, mi Corneli quo properas? quo anchorã ſoluis, ꝙ ſic patrios ſalutas penates? C. Aliã mihi hĩc in urbẽ eſt ſoluẽda anchora, ſic namq; ſtatuerũt & uoluerũt parẽtes. P. Quo abibis? C. Alienũ in gymnaſiũ ubi meo ſtudio & moribus magis conſultũ erit. P. At uide ne charibdim fugiens, ſcyllã incidas. C. Tu me ut præceptor erudias, quã adeã urbẽ, quã fugiã quoq; abſens me gerã, ut dignus in patria remigrẽ. P. Faciã & ſolis dictis philoſophorũ Platonis, aut Plauti, tu ut diſcipulus à præceptore lubens ſuſcipito. C.

Nihil

Nihil lubẽtius fecero. P. Primũ igitur audias Platonẽ triplicẽ urbẽ dissuadentẽ, scz ubi sũptus lucra exuperãt. i. ubi multi sunt fœneratores, Deinde ubi mali imperãt bonis, Tertio ubi plurimũ dñi mẽtimur .i. uocamur illi q nõ sumus, nã ibi adulatores habitant, q oĩ mõ fugiẽdi sunt. C. Tales & urbes uitabo strenue. P. Etiã ut Plau. inqt, ubi nequeas pernoscere, q amici fideles sient, ibi si regnũ detur nõ est cupita ciuitas. C. Sat est, sed nosti ne cur receptũ sit, filios à patrijs ædibus mitti in terras alienas literas ĩbibitũ? P. Ob id ꝙ & alienorũ mores & gestus addiscãt, mores uideãt, et prudẽtiores fiant. Nã Beroaldus ait: Non parum est ad prudentiã, nouisse urbes & regiones multas. C. Ideo ut prudẽtior fiã exulare gaudeo. P. Si exulaueris nõ solus eris, sed quũ q habebis comites fideliſſimos, quos Plautus in Mercato. recẽset. C. Qui illi sunt? P. Cura, miseria egritudo, lachrymæ, et lamẽtatio, nã sp cogitabis patriã, tristis eris aĩo, flebis & lamẽtaberis exiliũ. C. Nequaq, hoc Ouidiano dicto me cõsolabor: Oẽ solũ forti patria est, ut piscibus æquor. P. Id si feceris, dignus eris q laudaberis, sed nosti cur pegre mitteris à parẽtibus? C. Opinor ob lr̃as, uirtutẽ, rerũq hũanarum experientiã discẽdã. P. Recte cõijcis, sic & ueteres oli philosophi, præsertim Pytagoras uarias terras peragrarũt, ubi scholas eruditas esse pceperũt, sic et Cice. filiũ suũ à Roma Athenas ablegauit. C. At mi præceptor erudias me precor, qui habeã me in exilio lr̃ario. P. Decorũ obserues ĩ quatuor C. In qbus? P. Erga incolas ubi ages, erga cõmilitones literarios, erga tps, et ad reditũ in patria te pares. C. Quõ me

habebo erga incolas urbis? P. Eorū moribus te applica, & effinge tuos, si boni sunt, sin mali ac uituperàdi, fugias. C. Erga cōmilitones lrārios? P. Hijs te adiūge, à qbus indies melior & doctior euades, non alienarū rerū surreptoribus aut endimionibus lrārijs. C. Erga tēpus qualis ero? P. Ipsū utiliter transigas, literis scilicet impartiendo. C. At tradas mihi tpis commodū usum. P. Plin. inqt omne perire tēpus, qd literis non impartitur. C. Assidebo tū usq; libris? P. Plerūq; raro absis, caue ne mustulam agas quæ, ut Plaut. ait in Sticho, maxime incertū est aī al, decies in die mutat locū, ne & tu scurra uagus plateatim de ambulàdo fias. C. Tractabo tū potius libros? P. Testudinē imitare. C. Quō? P. Testudo sp aut intra domū latū, aut alio repēdo secum fert hospitiū, sic & tu, aut domi ad libros latites, aut expatiādo in sinu deferas librū manuarium. C. Præterea quid? P. Plau. in Bacchidi. tria peßime homini adolescēti esse dicit, s. nox uinū, & mulier. i. nocturnā deambulationē, ebrietatem, & scortationem, ideo ipsa uites. C. Faciam. P. Plus diligas uigil literis incumbere. C. Calido nido instant Salamnadræ, aut cuculi. P. Illos caue imiteris. C. Quare? P. Nam Plautus in Trinummo ait, qui libenter dormiunt sine lucro, & cum malo quiescunt, qui autem impigri sunt & strenui, reperiunt, ut si olim uolunt, ociosi sint, sic & Philosophi ueteres die noctuq; literis intenti fuerunt. C. Non interdum Bacchanalia inter cōmilitones agam? P. Quanto parcius, tanto melius, nam ubi Bacchus imperiat & abundat, Pallas abest, & cessat, idq; parentū imperium uelle aut uelle nō est

ut ge-

ut geniũ cures, ſed ingeniũ lr̃is & uirtute ornes. A. Ad reditũ in patriã q̃ me accingã? P. Conare ut eruditior redeas q̃ abieris, ne Corn. abiens, cornutus reuertaris. C. Quid iſtud eſt, redire cornutus? P. Id eſt, peioribus morib, nam hi merito cornuti dicũtur q̃d haud dignos hñt mores. C. Prouidebo enixe ne talis redeã. P. Caue et ne redeas ſciens tãtum tria elemẽta, ut Plau. illi Demipho. ſ. amo. C. Quid amarẽ? P. Oĩa inhoneſta, ſcorta, ludos, ociũ, & crapulã. C. Illis nõ delector. P. Vide ne redeas (ut Plau. ait) indoctior C. Comici in Trage. nã Comici ĩ comœdia ſcribẽda p̃mpti nõ ſunt. Non cõmittam amuſus ut maneã, q̃d ſp̃ondeo fide mea, ſed erudias me precor, qũo parẽtibus, aut tibi meo præceptori ſubinde lr̃as ſcribã, ſæpe deerit argumentum. P. Si defuerit q̃d ſcribas, utere hoc epiſtolio Plau. in p. Com. Salutẽ dico uobis & familiæ omni, ſi ualetis gaudeo, & rem gero, & facio lucrum. C. quid hoc eſt, rẽ gero & facio lucrum? P. Id eſt diſcolr̃as ut debeo, & indies ſciẽtia & uirtute p̃ficio, ob q̃d à uobis ablegatus ſum. C. Aptiſſimũ hercle argumentum. P. At uide ut facto exequare, ſi indoctus redieris, facile latebis q̃ te honor nõ imueniet, ut in Trinũ, habet Plau. C. Aut doctior reuertar, aut nõ uinã. P. Belle p̃mittis: at uide, ne macula maneas. C. Admiraberis olim p̃fectum. P. At ante digreſſum adhuc luculentum habebimus conuiuiũ. C. Imò potabimus in multã noctẽ. P. Ego te mea cõicabo menſa, ut Plau. ait. C. Et ego monumentũ diſceſſus nobis affatim pendam pleno è dolio.

FINIS.

wenkyn mozde